


lem esse. Cæterum ante Heurnium Clarissimus Carolus Clusius calicem cum suo fructu descripsit; sed an arboris, an herbæ fructus esset, ignorare videtur. Describit hunc calicem libr. 2. exot. cap. 13. *Primus sanè ad-*



mirabilis erat formæ: nam prægrande papaveris caput, cujus summum fastigium transversim fuisset præcisum, referebat: membranacea enim & rugosa constabat substantia, subfusci coloris, (id de exsiccatō intellige, quali etiam colore, quem Heurnius fratri misit, qui nobis describendum, ad & vivum pingendum dedit) levi admodum, licet ejus circumferentia suprema parte novem esset unciarum, sensim tamen decrescens usque ad pediculum, qui storem, cui fructus successerat, sustinuisse videbatur. Apparebant enim quedam, ubi stros hæsisset, vestigia. Superior porro fructus pars prorsus erat plana, quatuor & viginti lacunis sive cellulis, serie quadam dispositis, prædita, instar favi vesparum; in quarum singulis singularia semina sive parvæ nuces, instar primularum glandium continebantur, pene unciam longæ, (tanta longitudine non sunt, quæ in Heurnii fructu continentur) unciam in ambitu crassæ, (nec tantæ crassitudinis) quarum suprema pars fusca erat, & in mucronem desinebat, illi similem qui extimam partem glandis occupat. Infima pars exigua lacunam habebat, vestigium videlicet, cui pediculus, illam in cellula retinens, in hæsisse videbatur: nucleum autem obrinebat rancidum & situ obductum. Sine fructus alicujus arboris, an alterius plantæ, incertus sum; quia, qui mihi mutuo dabat, & apud quem deinde videbam, nihil affirmare poterat. Mea tamen opinio in eam partem inclinat, ut plantæ alicujus esse existimem, & forsitan in aqua nascentis, ut nymphææ. Quæ si vera sit, Dioscoridis Ægyptiam esse fabam asserere non verear, tamen inter neotericos magna sit de ea planta controversia. Nam papaveris caput habet, nisi quod summa parte magis planum, & patens; cellulas insuper vesparum favis similes habet, in quibus fabæ, quas supra tricenas (docuimus legendum, triginta) non ferre, Plinius auctor est. Si eos qui legerunt convenire mihi licuisset, magis fortè explorata prodere possem: nihilominus Lectorem boni consulturum arbitror qualemcumque hanc descriptionem. Hæc Clusius. Ex iis quæ ex Heurnio constare existimo, extra controversiam, esse fabam Ægyptiam.

Ταύτοι ἐπελεγομένη. In Athenæi quibusdam codicibus, admodum laceris & corruptis, in historia fabæ Ægyptiæ malè legitur, πελοκρηται. item, γίνονται δὲ ἐν οὐραῖα κτ. Κιλικίαν, Scribe, κτ. Κιλικίαν.

Ὁ δὲ λατὸς κηλούμενος, &c. Λατὸς vocis ὁμωνυμίας alibi explicavimus. Cur quodvis dicta, capite de loto arbore expofuimus; puta quod valdè expeteretur, quodque odore, sapore, & colore placeret, ab antiquo λατὸς, quod desidero, cupio, volo significat, nomine λατὸς imposito. Sed Herodotum docere video, Ægyptiam esse vocem. ergo ab antiquo λατὸς nomen non accepit. Herodotus libr. 2. ἐπιάν πολλῆς γένηται ὁ ποταμὸς, καὶ τὰ πεδία πελαγίση, φύεται δὲ τῶ ὕδατι καλῆα πολλὰ, τὰ Αἰγύπτιοι κηλεύουσι λατὸν. Si quidem quum fluvius plenus campos inundavit, in ipsa aqua exoritur ingens vis liliorum, quæ loton Ægyptii vocant. Ægyptia ergo vox; nisi placeat, à Græcis in Ægypto agentibus nomen illud impositum. Athenæus melilotum vocari Naucraticis scribit. κηλεύουσι δὲ Αἰγύπτιοι τὸ τὸ λατὸν, Νευκρατίται δὲ οἱ ἰμοί, λέγει οὗτος ὁ Ἀθηναῖος, μελιλωτον. ἀφ' οὗ κτ. μελιλωτον ἴσφι φασὶ πάντες οὐδαμῶς, & καύσαντες ἄρα ψυκτικὰ τῶσι. id est, Ægyptii lotum appellant. Naucraticæ vero mei cives, inquit A-

thenæus, meliloton, à quo dicuntur melilotina coronæ, odoris suavissimi, & magnis æstibus valde refrigerantes. Naucraticæ videntur meliloton vocasse, quod cæteri Ægyptii lotum. Melilotum vocarunt propter melleum laporem, qui ex caule ejus & radice deprehenditur, dum comeduntur. Herodotus de loto hac, ἡ δὲ ῥίζα ἰσχυρὸς ἐστίν. Lotum Ægyptiam meliloton vocatam, ex auctore Peripli probatur, qui inter merces quas Ægyptii Mercatores in Indiam vehebant, ut Indicas reveherent, melilotum recenset. Περχαρεῖ δὲ εἰς τὴν ἰμπόρον οἶνον ἀσπυροῦδρον Ἰπυλίου, & Λαοδικίου, καὶ Ἀργεβίου — πολὺ μέρει ζῆται περχαρεῖ, ὑπερβ. μελιλωτον, ὑέλθω, τίμημι, Σαυδαρσίση, δινάειον χρυσωῶ καὶ ἀργυρωῶ, ἔχον ἀπαυγὰ καὶ ἰπυκίδησιαι ἀπὸς τὸ ἐντίπιον νόμισμα. Hæc merces ex Ægypto in Indiam portabantur. Caules & radices Loti Ægyptiæ edules mercatores in longinquas etiam regiones venales ferebant. Sic culcas sive colocasia Romam venalem mittebant Ægyptii. Unde Martialis, Niliacum ridebis olus, lanasque sequaces. Vulgarem melilotum sive fertulam non intelligit Periplus auctor, sed lotū Ægyptiam, quam Naucraticæ melilotum vocabant. Melilorus Ægyptia diversa valde à Græcanica, quæ Sertula vocatur Campana. Hæc calefaciendi, illa refrigerandi potestate pollet. Plinius Ægyptiam lotum lotometram vocare videtur. libr. 22. cap. 21. Est & lotometra, quæ fit ex loto sata, ex cujus semine simili milio, fiunt panes a pastoribus in Ægypto, maximè aqua vel lacte subacti. In antiquo codice legitur, semine simillimo porri fiunt panes; quæ certe haud parva est differentia. Sed monstro simile est, quod scribit, lotometram ex loto satam fieri. Lotos sata est λατὸς ἡμεῖς Dioscoridis. Ex hac qui credit aliam provenire posse quam ἡμεῖς sativam, planè ineptus ac stolidus est. Proximè præcedit apud Plinium mentio loti herbæ. Lotum, ait, qui arborem putant tantum esse, vel Homero auctore argui possunt. Is enim inter herbas subnascentes deorum voluptati lotum primam nominavit. Hæc lotus, quæ αἰπυμάτως, id est, sponte nascitur, est sylvestris. Sequitur statim; Est & lotometra quæ fit ex loto sata. Ergo lotus sata Plinii, non alia quam ἡμεῖς, sive sativa Dioscoridis. Confundit itaque lotum sativam cum loto Ægyptia palustris, nec auctoris sui mentem ex quo hæc hausit, satis sequitur. Egit ille de loto Ægyptia, quæ passim sponte sua provenit in Ægypti locis palustribus & amnibus. Ex palustris hac sata nasci tradit lotometram, quam κατ' ἔξοχὴν, sic nominavit, quasi præstantissimam & amplissimam lotum. Nulla enim est planta, quæ sativæ & cultura, non melior, & major reddatur. Et hæc differentia inter lotometram, & lotum Ægyptiam, quod αἰπυμάτως Ægyptia nascatur, & sit agrestis; lotometra vero è semine loti Ægyptiæ palustris proveniat, & cultura melior reddita fit. Utraque ergo Ægyptia, & multum à loto ἡμεῖς & ἀγροῖα agresti & sativæ diversa. λατὸς μὲν ἐστὶν ἡ λατὸς σαπίνθη γίνεται. Quod Plinius de vulgari loto, cum Græcus auctor Ægyptiam intelligeret. λατὸς μὲν ἐστὶν ἡ λατὸς σαπίνθη γίνεται. Quod Plinius de vulgari loto, cum Græcus auctor Ægyptiam intelligeret. λατὸς μὲν ἐστὶν ἡ λατὸς σαπίνθη γίνεται. Quod Plinius de vulgari loto, cum Græcus auctor Ægyptiam intelligeret. λατὸς μὲν ἐστὶν ἡ λατὸς σαπίνθη γίνεται.

Ἐν τῆσι πεδίοις, &c. Theophrastus in plurimis agris nasci tradit, qui Nilo inundante cooperi fuerint. In ipsi aquis provenire narrat Herodotus. ἐπιάν πολλῆς γένηται ὁ ποταμὸς, καὶ τὰ πεδία πελαγίση, φύεται δὲ τῶ ὕδατι. Siquidem cum fluvius plenus campos inundavit, in ipsa aqua exoritur. Dioscorides libr. 4. cap. 114. λατὸς ὁ ἐν Αἰγύπτῳ γινώσκου ἐν τῶ ὕδατι τῶν ἐπιπελούμενων πεδίων. Lotus qua in Ægypti campis flumine inundatis provenit. Plinius libr. 13. cap. 17. Est autem eodem nomine & herba & in Ægypto calulis in palustris genere. recedentibus enim aquis Nili riguis provenit. Malè recedentibus Nili aquis provenire tradit. Vide Herodotum, Theophrastum, Dioscoridem. Corruptus Plinii codex; Scribe cum Doctiff. Salmasio, recedentibus enim Nili riguis provenit. Pro recedentibus librarii scripserunt, resedentibus; unde illud vulgatum recedentibus. De solo natali hæc Alpinus libr. 2. de Plantis exoticis cap. 14. Tandem Niloticam lotum haud procul à civitate Cayri, in quibusdam locis aqua Nili fluminis, æstate de more solito aucti, inundatis, ac veluti lacunis effectis (quo lacus birchas Ægyptii vocant) offendit & nascitur est, usque adeo copiosam, ut folia aquæ super natantia istius plantæ undique aquam lacunam occultarent; audivit prope Rossetum in similibus lacunis aqua, copiosè lotum provenire. Non malè ergo Athenæus φύεται δὲ οὗτος ἐν λίμναις ἡγεῖνος ὄρεα, in paludibus ergo lotus gignitur æstivo tempore.

Τούτου - καύμων, &c. Dioscorides loco cit. καύμων ἰσχυρὸς καύμων ἰμφορῆς. Caule est fabæ simili. Plinius, Similis fabæ, caule

caule foliisque densa congerie stipatis, brevioribus tamen gracilibusque. Κονιάμου fabæ caulem non vulgaris oportet intelligere, sed Ægyptiæ; quod ex Theophrasto palam fit. Nam postquam Ægyptiam descripsit fabam, illico post loti hujus partes omnes, nempe caulem, folia, flores, caput, & radicem quoque ipsam luculenter describit.

Κονιάμου πίνουσι. Rectè Ald. & Bas. πίνουσι. Malè verunt fructum. De fructu paulo post agit Theophrastus Plinius, Foliiisque densa congerie stipatis, brevioribus tamen, gracilibusque. Floris & caulis folia confundit Plinius; Theophrastus caulis folia fabæ Ægyptiæ foliis comparat, sed minora & tenuiora ait. Floris vero foliola tenuitate proxima ait liliaceis, multa ac densa congerie stipata, continuæque serie, ac sine intermissione exire. Vides quod Græcus auctor floribus foliis tribuit, Latinum caulis adscribere.

Τὸ αἰθρῶν αὐτῶν ἰσχυρῶν, &c. Dioscorides, ἴχθυος αἰθρῶν μικρῶν, λευκῶν, ἰσχυρῶν, flore parvo, candido, liliaceo simili, &c. Malè in Aldino codice, ἰσχυρῶν κελῶν, legitur. Vox μικρῶν in vetustis codicibus non reperitur auctore Salmasio, & superflua est; qua flos loti Ægyptiæ parvus non est. Possit legere μικρῶν; medicis enim est magnitudinis. Sed præter delectat vox μικρῶν. Ex his probatur, nos rectè Athenæi emendasse codicem, Vulgo legitur, ὅτι ἐπιπρῶ λωπιδὸς ὀνομάζεται, χιόνιος ἴχθυος τῶν χιόνιων. id est, niveum colorem. Helychius χιόνιος, λευκὸν ἢ φωντῶν. niveum, albidum, lucidum.

Παχὰ δὲ καὶ πυκνὰ ἐπιπαχέλου. Scribe, ἐπιπαχέλου. Plinius, densa congerie stipatis.

Ταῦτα δὲ ὄντα ἢ ὅταν ἢ ἢ ἢ συμμύει, &c. Corruptus codex. Scribe, ταῦτα δὲ ὄντα ἢ ὅταν ἢ ἢ ἢ συμμύει, & συγκρατοῦσθαι τῶν κωδίων. ἀμὰ δὲ τῆ ἀνατολῇ, Plinius loco citato. Mirum est, quod præter hæc traditur: sole occidente papavera ea comprimi, & integri foliis, ad ortum autem aperiri, donec maturefcent, flosq; qui est candidus, decidat. Papavera vocat capita, quæ florem continent. Papavera dixit, quod flore cadente, fructus apparet papaveri non dissimilis. Dioscorides, ὁ φασὶ καὶ τῆ ἀνατολῆς ἢ ἡλίου ἀπολόουδὲ δύνουσθαι κύνειν. Quem tradunt ad ortum solis aperiri & expandi; eodem occidente comprimi occludique: Theophrastus florem comprimi ait sole occidente, caput integri. Plinius vero papavera comprimi ait, & integri foliis.

Τῆς δὲ κωδίας τὸ μέγιστον, Dioscorides, ἰσχυρῶν δὲ ἢ κωδία μέγιστον, ὅν ἢ κωδίας ἢ κίχρη, Refert vero caput calycem papaveris maximum, in eo grana sunt ceu milii. Plinius. Cui fructus in capite papaveri similis incisuris, omnique alio modo, intus grana ceu milium.

Ἐπὶ δὲ τῶν ἀφροδισίων, &c. Scribe, ἀφροδισίων, & μετὰ μισσην κύνειν, vel μισσην κύνειν, ut lib. 2. de causis cap. 26: Vox διαιούσης desideratur in Aldino & Basileensi codicibus, addendam esse, docet Plinius lib. 16. cap. 18. Hoc amplius in Euphrate tradunt, & scapum (Theophrastus, κωδίων, caput) & florem vesperi mergi usque in medias noctes, totumque abire in altum, ut ne demissa quidem manu possit inveniri, verti, (scribe reverti) deinde, paulatimque subrigi, & ad exortum solis emergere extra aquam, & florem patefacere, atque etiamnum exurgere, ut planè ab aqua absit altè. Dioscorides idem refert, sed Euphratis non facit mentionem. Καὶ ἄλλω τῶν κωδίων κύνειν ὅν τῶν ὀδῶν, πάλιν τε αὐτῶν τῶν ἀνατολῶν ἢ ἡλίου ὑπερῶν, Hocque amplius caput ipsum vespera mergi, aquisque condi, rursumque ad exortum solis emergere extra aquas. Hujus rei rationem reddit Theophrastus lib. 2. de causis cap. 26. ubi non κωδίων, sed ut Plinius habet, κωδίων, scapum, alias ascendere, ait alias occidere & demergerè à folis occasu ad mediam noctè. Aliud mirandum de loto hac observarunt recentiores. Vide Prosperum Alpinum lib. 2. de plantis exoticis cap. 16. Id proprii hæc planta habere videtur, quod pertinet ad ipsius magnitudinem, ut Carbonus oculata fide vidit; quippe ipsam crescere in aqua lacustri, usque ad aquæ superficiem, adeo, ut quanta sit in lacuna altitudo aquæ, tanta itidem istiusque plantæ esse videatur. Namque si aqua (exempli gratia) sit hominis altitudinis, eadem magnitudine lotus itidem deprehenderetur. Unde constat, hanc stirpem ubique locorum æqualem altitudinem non habere; proprietæque est, ut in aqua solummodo vivat, ad ejus solummodo superficiem ascendens, floresque nunquam intra aquam aperiri, sed supra superficiem aquæ; neque deprehensum est ab ipso, atque ab iis quos secum habuit Mauris; ut flos & caput supra aquæ superficiem multum ascendat, ut Theophrastus & Plinius locuti de mirabili istius plantæ ad folis conversione affirmarunt. Vide infra ubi descriptio ex Alpino traditur.

Τὰς δὲ κωδίας, Plinius lib. 22. cap. 21. Ex cuius semi-

ne, simili milio, fiunt panes in Ægypto à pastoribus, maximè aqua vel lacte subactio. Negatur quicquam illo pane salubrius esse, aut levius, dum caleat: refrigeratus difficiliter concoquitur, fitque ponderosus. constat, eos qui illo vivant, nec dysenteria, nec tenebris, neque aliis morbis ventris infestari. Itaque inter remedia eorum habetur.

Ἐργασίαν δὲ ἐπιπρῶντες ἀρτους, &c. Plinius lib. 13. cap. 17. Incola capita in acervis putrefaciunt: Mox separant lavando, & siccata tundunt, eoque pane utuntur. Siccata inquit, tundunt. An scripsit Plinius, siccata torrent? An vero Theophrasti codex corruptus? Legisse videtur Plinius, Ἐργασίαν τῆς πίνουσι, siccata tundunt & pinsunt. Sic quidem legit Gaza, Indiciū non parvū in MSS. quibus usus est Gaza, ita scriptū fuisse. Probabile magis, veteres siccatum fructum pinsisse ac contudisse, quam torruisse, ut panes ex eo conficerent. Sed vulgata lectioem defendit Herodotus. Ταῦτα ἰππὶν δρέψονται αἰαίνουσι αὐτῶν ἡλίω. καὶ ἵππιν τὸ ἐν τῷ μέιστῳ τῷ λοτῷ τῆς μήκωνος ἰόν ἐμφίρῃσι, ὀπλήουσι, ποίουσιντῃ ἐξ αὐτῶν ἀρτους ὀπλῶν πυλῶν, &c. Vertunt, Ea ubi demessuerunt, ad solem exsiccant, deinde, quod medium loti est, papaveri assimilè, postquam coxerunt, ex eo faciunt panes assulos. Quod valde absurdum, ut rectè monet Clariss. Salmasius; prius est enim facere, quam coquere: nec locum heic habet mos torrendi faris priusquam ex eo panis fieret. Corrigit Salmasius, πίνουσι ποίουσιντῃ ἐξ αὐτῶν ἀρτους ὀπλῶν πυλῶν. Quod in medio loti est papaveri simile, ubi pinsunt, panes ex eo faciunt & coquunt. Lectionem hanc confirmat Dioscoridis antiquus codex, in quo legitur, ὅτι Ἐργασίαν τῆς οὐ Αἰγύπτῳ ἀλοῦσιν εἰς ἀρτοποιίας, siccatum Ægyptii pinsunt ad panem faciendum. In vulgatis codicibus habetur, οὐ ἐν Αἰγύπτῳ βάλλουσιν εἰς ἀρτοποιίας, &c. quæ Ægyptii siccant, & in panes coquunt.

Ἡ δὲ ῥίζα λωπιδὸν καλεῖται καὶ κέρσιον. Radicem loti corsium vocari scribit. Apud Helychium, κέρσιον legitur, quod corruptum puto. Scribo κέρσιον (vel κέρσιον) ῥίζα τῆς ἰσχυροματῆς Αἰγύπτου τοῦ κερσεῖον λεγόμενον. Corsium radix quædam, vel numisma apud Ægyptios corseum dictum. Nomen illud impositum, quod capitis quandam ideam referat. Helychius, κέρσιον κεφαλή, ἵππυλῆς, κλίμαξ, κόρυμβος, κορῆ caput, propugnaculum, scala qua in gyrum ascenditur, tempus. Κέρσιον vel κέρσιον, diminutivum τοῦ τῆς κέρσιος. Dioscorus Siculus lotum Ægyptiam à corseio aperte separat lib. 1. biblioth. ubi de herbis Ægypti edulibus agit. Τὸ λωπιδὸν τῶν κωδίων ῥίζαν, & τὸν λοτὸν, ἵππιν τῆς Αἰγύπτου κύμαρον, καὶ τὸ κερσεῖον κέρσιον, καὶ καὶ αὐτῶν ἵππιν τῶν ἐπιπρῶν ἰσχυρῶν παρῆρῶν τῶν γίνεται τῶν ἀρτοποιῶν. Nam radicem calami & locum, fabamque, & quod corseon vocatur, ac multa id genus alia, ad promptum humani generis victum suppediat. Manifeste satis diversam facit plantam. Puto corruptū codicem, ac scribendum, κέρσιον, quod eodè loco, ubi plura de plantis Ægypti edulibus agit, corsei nullam faciat mentionem, sed persei. Hæc conjectura. Audaacter eam assererem lectionem, ni Strabo traderet, fructum esse piperi paulo majorem. γίνεται ἢ τὸ κέρσιον, ὅμοιον τῷ πικρῷ τρυφήματι, μικρῶν αὐτῶν μετῶν.

Ἐπὶ δὲ τῶν ἀφροδισίων, &c. Ἐπὶ δὲ ἢ ῥίζα τῶν λωπιδῶν καὶ ἰσχυρῶν ἰσχυρῶν ἰσχυρῶν ἰσχυρῶν, μέγιστον καὶ μέγιστον. Scribe, ἰσχυρῶν καὶ μέγιστον, quod idem ac γλυκαζέι. Helychius, ἰσχυρῶν καὶ ἰσχυρῶν, interpretatur. Est autem hujus loti radix quoque esculentata, etiam suavitate præstanti, orbiculata, mali magnitudinem. Hæc versio viris doctis errandi præbuit occasionem: non est orbiculata, sed potius teres loti radix, quod προγυλῶν proprie significat. Verte, Radix edulis est, & dulcem habet saporem, rotunda, mali magnitudine. De voce, προγυλῶν, alibi egimus. Dioscorides loco citato, ῥίζαν δὲ ἴσχυρος ὀμοίαν μῆλον Κωδίων, ἢ τῆς καὶ αὐτῆς ἰσχυρῶν ἰσχυρῶν καὶ ἰσχυρῶν. Radicem hæc lotus habet mali coronei similitudine, quæ ipsa cruda coëtaque mandatur; Plinius loco citato. Radicem lotus hæc habet mali coronei magnitudine, opertam nigro cortice, qualis & castaneas tegit, interius candidum corpus, gratum cibis, sed crudo gratius decoctum, sive aqua, sive pruna, nec aliunde magis, quam purgamentis ejus suos crassifcunt.

Λικυθῶδες. Ald. & Basil. λευκῶδες. Appellatur edulium ex leguminibus fresis & fractis ἵππῶν, sicut ex eorum farina pulmentarium, λικυθῶδες. Gal. lib. de boni & mali succi cibo cap. 5. ἵππῶν αὐτῶν ὀνομάζονται ἐν τῶν ἰσχυρῶν ὀπλῶν τῶν χιόνιων κύνειν καὶ κύνειν λικυθῶδες ἢ ἢ ἐν τῶν ἀλεωδίων ἀλεωδίων ἢ ἢ ὀπλῶν. ἐν ὀπλῶν αὐτῶν καὶ κύνειν τῶν λικυθῶν. Ernos à nobis appellatur, quod ex fresis leguminibus chedropisque (alterutrum redundare puto, quod tamè inter ὀπλῶν & χιόνιων, fit discrimè lib. 8. ostenditur) conficitur. Lecythis cum hæc ipsa moluntur, eorumdemque farinam adipem aliquo admisto in aqua decoxeris. Λικυθῶδες luteum ovi, vitellum denotat. Galenus ad Glauconem. πῆ δὲ δίδυμα τῶν ἄνθ' ὄντα ἴσχυρος, καὶ τὸ μὲν δίδυμα τοῦ μὲν εἰς ἀλλήλα συγκολληθῆναι δὲ ἴσχυρος, ἀντὶ τῆς ἰσχυρῶν τῶν ἰσχυρῶν.

χρῶν τὰ ἀρχαῖα τοῦ λευκοῦ λεπτῆ ἀλφειοῦ. τὰ δὲ οὐκ ἔχου ἀλφειοῦ. Ova gemella binis constant vitellis, qui, ne invicem confundantur, facit nonnullis prætenue quoddam septum, albuminis medium: Alia sunt sine discrimine medio. Aldinam lectionem probat Dioscorides, ἀναλογαὶ δὲ ἐψηθεῖσαι τῆ ποιότητι λευκοῦ οἴου, cocta sanè qualitate vitello ovi respondet. Helychius, λευκοῦ τὸ οἶον λεπίδιον. Malè edunt, λευκοῦ οἴου. quanquam apud Trallianum λευκοῦ τὸν οἶον per y pylon alibi legatur. Sed istum locum corruptum puto. Vult Theophrastus, alsum elixumque vitello ovi qualitate respondere. Malè interpretantur, elixum assumque in speciem albuminis vertitur. Naturam, substantiam, qualitatem, efficaciam acquirat, quam vitellus ovi habet. Quanquam de colore intelligi vox hæc, λευκοῦ οἴου, posset. Vide descriptionem Alpini.

Ἀεὶ τῆ δὲ οὐ τὸ οἶον ἀπὸ τῆ ἀμύ. Hæc corrupta nemo negabit. Theodorus legit; ἢ ἀμύνην ἐν τοῖς οἴοις. Scribe, Ἀεὶ τῆ δὲ οὐ τοῖς οἴοις ἐστὶν ἡ ἀμύνη ἐν τῇ ἀνδρογυαίᾳ. Optima in aquis cocta, vel super prunas assata. Plinius, Sed crudo gratius decoctum, sive aqua sive pruna.

Vulgata & recepta sententia est, veteres fabulosa vanaque de loto scripsisse, & quæ passim exploduntur; quod loto tribuant, quæ vulgari debentur nymphæ albæ. Nihil certius, inquit viri etiam maximi, aut exploratius, quam fabam Ægyptiam, nymphæ secundæ esse speciem; lotum Ægyptiam, alteram. unde etiam utraque loti nomine consentur Athenæo. Græci plerasque plantas in Ægypto nascentes, licet in Græcia nascentibus congeneres, propter quandam virtutem cæli solique Ægyptii propriam, & quod aliis nominibus apud Ægyptios vocarentur, diversi etiam generis eas constituerunt, & seorsim de his tractarunt: sicut manifeste in hoc loto Ægyptia, & faba Ægyptia ostenditur, quæ cum sint plantæ ἰσοφολοὶ duabus nymphæ speciebus in Græcia crescentibus, in alium tamen sensum eas retulerunt. Graviter falluntur viri magni, quibus tamen ignofci merito debet, quod non animo in veteres infenso ac concitato, sed scriptis Prosperi Alpini nimium additi in eum inciderunt. Ait enim Alpinus libr. de Plantis Ægypti cap. 34. Proximo de colocasia cognito errore, hic alius à nobis de faba Ægyptia animadvertitur, quando hæc planta planè eadem sit, quam nostri nymphæam appellant. In toto quidem flumine Nilo, Ægyptia loca lambente, nulla alia planta est inventa, quæ notas loti præ se ferat, quam nymphæa ipsa, quæ profecto planta similis est, ut de loto affirmat Dioscorides, colocasia seu faba Ægyptia, floremque fert album (loguor de majori nymphæa) lilio valde similem, quam clarius expressit Theophrastus, qui dixit, & flos candidus, liliisque foliorum angustia proximus. Vere enim hic majoris nymphææ flos est, qui sole occidente clauditur, atque sub aqua occultatur, atque oriente supra aquam assurgit, & foras exit, aperiturque. Quod non modo in Ægypto, verum in multis Italiæ locis in hac planta observatur, maximeque in locis omnibus circa Venetias lacunosis vel palustribus. Valles siquidem Margeræ ac Mestri plurimas has plantas ferunt, in quibus quisque quod à Theophrasto, Dioscoride atque aliis multis de loto dicitur, planè observare potest. Et quid? Nonne etiam ex flore caput producit, papaverorum capitibus valde simile; in quo semina multa minuta, qualia verè milii existunt, continentur, radisque crassa est? Non possum non vehementer admirari Theophrastum, Dioscoridemque, atque alios, qui omnes à nymphæa distinctissimis capitibus lotum Ægyptiam sejunxerunt, quando utraque unum atque idem planè sit, & mirandè ad solem conversiones de loto celebratæ eadem sint, quæ in communi nymphæa ab omnibus animadvertitur. Ipsa enim occidente sole florem claudit, deinde tota cum foliis sub aqua occultatur, eoque oriente, florem primum extra aquam demittit, aperit, atque paulo post cum omnibus foliis supra ipsam assurgit. Ægyptii caules crudos cum suis capitibus per æstatis calores mandunt: subdulces enim sunt, atque humidè, admodum refrigerant ac humectant, quos appellant Raveluil, &c.


Atque hæc illa sunt, quæ omnibus persuaserunt, veteres turpiter loto adscripsisse, quæ nymphææ debebantur, & quod majus est aliud nomè eidem plantæ dedisse ac ex una duas fecisse. Sed is candor est Alpini, eaque summi viri integritas, ut reperta vera loto à Carbone, non dubitarit, in lib. de plantis exoticis, palinodiam canere, erroremque suum ingenuè fateri. Quæ ergo de loto Ægyptia tradit, ad verbum ad scribere placuit. Sed antequam orationem Alpini recenseam, duo quæ movet argumenta sunt solvenda, quæ scrupulum non parvum, ac dubitationem injiciunt, veteres in describenda loti Ægyptiæ radice errasse. Vnum, inquit Alpinus, notatu dignum esse videtur, apud Theophrastum legi de radice, amplitudine mali cotonei eam fuisse. Dioscorides ex Theo-

phrasto dixit, similitudine mali cotonei. Neutrum verum esse deprehensum est, siquidem radix potius est pyriformis, & magnitudine ovum gallinaceum magnum non excedit. Libenter crediderim, Theophrastum pro loti corio radice, colocasia rotundæ radicem cognovisse, quæ verè & amplexitudine, & figura rotunda malum cotoneum æmularatur. Accedit etiam, quod addidit, intus esse candidam, cum loti radice exterius sit nigra, & intus flavo coloris: unde merito decocta colore ovi luteum æmulari, vel etiam Dioscorides expressit. Immo clarius Theophrastus, quam Dioscorides. Ad primum argumentum respondeo: mala cydonia alia esse magna, alia parva: figura etiam differre, alia quippe orbiculata, alia pyriformia, id est, pyri modo oblonga. Supra diximus πρῶτον, quod ex oblongo rotundum est, sive teres, significare, & malè ab interprete Herodoti versum, orbiculatum. Theophrastus ergo cydonii inquit esse magnitudine; figura vero similem ait radicem loti Dioscorides; intellige pyriforme, parvum. Ad alterum respondeo; veteres album quid dicere, quod respectu alterius album apparet. sic violam albam & nigram dicunt, thymum albam & nigram. cum nec albedo nec nigredo quædam insignis in eis appareat. Radix loti ex pallore intus flavescit. cur non respectu corii sive corticis exterioris, alba dici meretur? Non fit verisimile, veteres culcas radicem descripsisse: ea enim nec cruda nec decocta, ovi luteum æmularatur, quod de loti radice observarunt veteres. Unde argumentari licet, cum albam inquit radicem, intellexisse ex pallido flavescentem. Existimavi quandoque, Theophrastum non λευκοῦ, sed ἀρχαῖα scripsisse; Sed hanc improbat opinionem Plinius, cum ait, interius candidum corpus. Quanquam idem alibi, τὸ ἀρχαῖον, pallidum vertat. Lotum Ægyptiam his verbis describit Alpinus.

Tametsi in nostra historia Ægyptiaca satis superque & de loto Ægyptia seu Nilotica, & de colocasia egerimus, nihilominus placuit nobis, ut denuo de eadem planta ea occasione ageretur, quod Matthæus Carbonus (multos ab hinc annos in Ægypto moratus, Medicus Venetæ nationis percelebris, quoque in ea Provincia medicinam apud Turcas proceres, & apud alias gentes faciendo, præsertimque ad perscrutandam nationem Venetam, magnam & laudem, & famam affectus est) à me rogatus, magna inibi usus diligentia, nullis laboribus, periculisque parcens, tandem Niloticam lotum haud procul à civitate Cayri, in quibusdam locis aqua Nili fluminis, æstate de more solito, aucti, inundatis, ac veluti lacunis effectis (quos lacus Birchas Ægyptii vocant) offendit, ac nactus est, usque adeo copiosam, ut folia aquæ supernatantia istiusce plantæ undique aquam lacuum occultarent, audivitque prope Rossetum (Ægyptii Rassis appellat) in similibus lacunis aquæ copiosæ lotum provenire. Hujus plantæ florè cum suo caule vocant, *Araû el Nil*. Folium cum itidem caule sine pediculo, *beseluil*, atque radicem *Biarum*; quo nomine etiam magnus Abinbetar suo ævo radicem ab indigenis vocatam fuisse in libro de plantis in cap. de Bisaim Ægyptiis, scriptum reliquit. Hac inquam occasione (quod ad me Medicus ille perillustris, & plantas loti cum floribus, fructibus, caulibus, foliis atque radicibus miserit, & descriptionem totius hujus stirpis, & singularum omnium partium accuratissime inibi cum aliis, quos secum duxerat Mauris facti, mihi per litteras significaverit) iterum hic de hac eadem planta summa voluptate agendum non immerito institui, ut ipsius veritas mortalibus tandem certa, claraque eluceat; atque etiam non minus, ut studiosi rei botanicæ cessent amplius de Nilotica loto quidquam dubitare. Id proprii hæc planta habere videtur, quod pertinet ad ipsius magnitudinè, ut Carbonus oculata fide vidit; quippe ipsam crescere in aqua lacustris, usque ad aquæ superficiem; adeo, ut quanta sit in lacuna altitudo aquæ, tanta iridem istiusce plantæ esse videatur. Namque si aqua (exempli gratia) sit hominis altitudine, eadem magnitudine lotus ibidem deprehendatur. Unde constat, hanc stirpem ubique; locorum æqualem altitudinem non habere; proprietateque est, ut in aqua solummodo vivat, ad ejus solummodo superficiem ascendens, floresque nunquam intra aquas aperiens, sed supra superficiem aquæ. Neque deprehensum est ab ipso, atque ab iis quos secum habuit Mauris, ut flos & caput supra aquæ superficiem multum ascendat, ut Theophrastus & Plinius, locuti de mirabili istiusce plantæ ad solem conversione, affirmarunt. Atque de hac loti proprietate paulo post aliquid dicemus, sed ad plantæ descriptionem redeo. Primum diximus, tantam esse istius

“ istius plantæ altitudinem, quanta est aquæ à fundo us-
 “ que in superficiem; at necesse est tamen, plantæ florem
 “ & capita supra aquæ superficiem aliquantum emer-
 “ gere, si vera est ejus solaris conversio, magnopere ab
 “ antiquis concelebrata. Foliis vero hæc planta constat
 “ multis, numerosis, colore atque figura albæ nymphææ
 “ floribus proximis. Unde nos cum Ægypti loca perlu-
 “ straremus, hanc plantam in lacubus læpius visam pro
 “ nymphæa mirum haud est, si ea similitudine decepti
 “ acceperimus, negligenterque, ut nunc fatemur, eam
 “ neglexerimus. Habent singula hæc folia suos caules, aut
 “ pediculos ab radice exeuntes, ut in Nymphæa alba. At
 “ nedum folia nymphææ similia habet, sed quin etiam
 “ capita, & radicem, eique nymphææ habenti radicem
 “ rotundam. Quam radicem loti corsiam in nostra histo-
 “ ria Ægyptiaca vocavimus, quam ab hinc plures annos
 “ in Margeræ lacunis, prope Venetias positis invenimus,
 “ & eruiimus, erutamque depinximus. Itaque loti flo-
 “ res similes sunt albis nymphææ floribus, & magnitudi-
 “ ne & figura, & foliorum colore, atque etiam, quod
 “ singuli singulos caules virides rotundos habeant, in
 “ quorum cacumine positi sunt flores quam simillimi al-
 “ bis nymphææ floribus, magni, candidi, aliquantum
 “ odoris levissimi ad violæ odorem inclinantis, respi-
 “ rantes.

Loti Ægyptiæ quatuor prima folia,
 florem totum claudentia.




Loti Ægyptiæ ca-
 put in quo semi-
 na continentur.

“ Flos vero, ut particularia attingam, quatuor pri-
 “ mum foliis oblongis, latis, magnitudine florum
 “ lili, & figura, exterius circumclauditur, quæ exte-
 “ rius viridi colore in nigrum inclinante spectantur, ha-
 “ bentque exterius signa sive lineas quinque, vel septem,
 “ ad plus per longum discurrentes; intus vero hæc folia
 “ leuia sunt, candidaque, ut lac, absque ullo signo, vel
 “ macula. Quæ quatuor folia hæc quidem, & magni-
 “ tudine, & figura exterius cernuntur.
 “ His quatuor foliis apertis, alia folia numero fere duo-
 “ decim, sed paulo minora succedunt, quæ, ut in nym-
 “ phææ flore, excluduntur exterius, intusque ex toto
 “ candida, absque ullo signo vel macula; atque hic est
 “ secundus foliorum ordo. Tertio succedunt alia folia

Flos loti Ægyptiæ, fo-
 liis expansis, ad natu-
 ralem fere magni-
 tudinem.

Loti Ægyptiæ
 radix.



Flos loti Ægyptiæ me-
 diis foliolis arcuum
 modo inflexis.



Loti Ægyptiæ fo-
 lium integrum.

numero fere viginti quinque ad quadragena, quæ lon-
 ga & acuta in trianguli modum, scilicet quæ principio
 usque ad medietatem candicant, & a medietate in ex-
 tremam usque luteo colore cernuntur, per longum
 tenui linea recta discurrente. Sunt & alia in flore folia,
 oblonga, tenuia, in obtusum angulum desinentia,
 colore luteo; quorum quædam majora quartum ordi-
 nem, & quædam minora quintum in flore ordinem faci-
 entia observantur; atque in medio quædam alia folia
 parvissima, ac veluti capillamenta crassa, sursum quo-
 dam tempore intorta, veluti intro arcum modo inflexa,
 & incurvata, cumque flores propè sunt ut folia abjicere,
 incipiant; quippe flore declinare incipiente in medio
 tanquam centrū positum, adnascitur parvus globulus,
 durus, piperis nigri magnitudine & colore; ex quo
 auferente fit magnum caput, semina continens. Hu-
 jusmodi est loti flos, in quo post aliquot temporis in-
 tervallum, folia primum lutea desuunt, reliquis flac-
 cescentibus, atque paulo post itidem decidentibus.
 Inter folia vero omnia sola quatuor exteriora persistunt
 usque ad fructus seu capitis perfectionem. Flos vero
 quando habet interna foliola sursum arcuum modo in-
 curvata, inflexa, est istiusmodi figuræ.

Flos vero & magnitudine, & figura naturalem imi-
 tatus cum omnibus foliis cujusque ordinis apertis ex-
 pansisque erit, cujusmodi hic pictum damus.

Floribus succedunt capita rotunda, mespilo magno
 magnoque fructui albæ nymphææ similia, cortice viri-
 di contexta, intus veluti longos parvosque folliculos
 habentia; quæ semen continent minutum, brassicæ se-
 mini simile; caules seu pediculi tum florum, tum folio-
 rum sunt longi, crassi, ut minimus digitus rotundi cavi,
 ut in alba nymphæa cernuntur, pediculi florum fere
 decem numero ab radice exeunt, totidemque &
 foliorum.

Folia vero magnitudine, & figura nymphææ albæ
 folia æmulari videntur, undique crenata sunt, atque et-
 tiam loti folia pluribus lineis vario modo per folii su-
 perficiem

“perficiem, veluti nervulis discurrentibus infecta obser-
“vantur. Colore virescunt in obscurum inclinante, non
“dissimili à nymphææ foliorum colore. Ita enim abun-
“dant lacus quidam (seu potius loca quædam campe-
“stria, quæ ut lacunæ per æstatem ab aqua Nili fluminis
“aucti inundata aliquamdiu manent) loti plantis, ut to-
“ta aquæ superficies, foliis contacta occultetur, virore-
“que eo amenissimo undique aquæ gaudeant. Planta-
“que hæc vivens supra terram cernitur, quoad totam
“aquam terra fuerit absorpta, atque siccata, quod fieri
“solet Novembri mense, quo tempore loti plantæ sub
“terra occultantur, marcescentibus tum foliis, tum flo-
“ribus, tum fructibus, cum totis suis plantis, quo con-
“stat, lotum esse annuam plantam. Hic damus folium ex
“majoribus affabre ex vivo delineatum.

“Radix vero quæ tota hæc planta nititur, rotunda in
“oblongum, magnitudine atq; figura ut pyrus parva, ex-
“terius nigra, intus flavescens, pulpa sane carnosa & du-
“ra, gustu adstringens & subdulcis. Prorsus vero aucta
“non superat magnitudinem magni ovi gallinacei. Indi-
“genæ ex jure coctam libenter comedunt; videtur
“coctum intus colore, ovi rubrum imitari. Ab hac radice
“crassa & carnosa innumeræ fere fibrosæ, tenues, colo-
“re albicantes procedunt. Atque hæc est, *Arais el Nil*
“à Mateo Carbono descripta. Quam plantam esse lo-
“tum Dioscoridis & Theophrasti non videtur dubitan-
“dum, cum omnes notas hæc stirps habere videatur,
“quas Theophrastus loto Niloticæ tribuisse visus est,
“cum de ea ita scripserit; Lotus *Ægyptia* in planis ma-
“xima parte provenit, cum rura inundantur. Huic plan-
“tæ caulis similis fabæ, & fructus eodem modo, verum
“minores graciliorisque. Nascitur fructus in capite
“modo quo in faba. Flores candidis liliis foliorum an-
“gustia proximi multi ac densi promiscue exeunt, sole
“occidente se comprimunt, caputque integunt, ad or-
“tum aperiuntur, & super aquam assurgunt, idque fa-
“ciunt dum caput perficiatur, floresque defluant. Ca-
“pitis magnitudo quanta papaveris maximi, & percin-
“gitur incisuris, non alio modo quam papaver, nisi quod
“in his fructus frequentior habetur, qui milio non absi-
“milis est. In Euphrate caput, floresque, mergi referunt,
“arque descendere usque in medias noctes, tantumque
“abire in altum, ut ne demissa quidem manu capere sit;
“diluo, illo deinde redire, & ad diem magis: sole oriente
“jam extra undas emergere, floremque patescere, quo
“patefacto, amplius insurgere, ut plane ab aqua absit
“altè. *Ægyptii* capita ipsa acerius putrefaciunt; cumq;
“tegumenta putruerunt, in flumine lavando separant
“fructum, & siccantes pimentesque panem faciunt, eo-
“que cibo utuntur. Radix loti, corsium appellata, rotun-
“da est, cotonei mali amplitudine, cortice nigro, quali
“nux castanea tegitur; corpus internum candidum, elixum
“assumque in speciem albuminis vertitur, gratum ci-
“bis; manditur etiam crudum, sed gratius decoctum seu
“aqua. Atque hæc Theophrastus de loto *Ægyptia*. Quibus
“constat, lotum plantam nasci in planis *Ægypti*, a-
“qua per æstatem inundatis, hujusmodique plantam flo-
“res ferre albos liliis proximos, à quibus fiunt capita
“ut papaveris capita magna, plena seminibus, milio
“haud absimilibus; & radix est rotunda, exterius nigra
“intus candida, cotonei mali amplitudine. Quod hæc
“planta sit illa (quam hac nostra ætate vocant *Arais el*
“*Nil* omnes *Ægyptii*, quo nomine proprè magis lo-
“quendo intelligunt florem cum suo pediculo, veluti fo-
“lium vocant itidem *Bisnil*, & ab *el Nil* caput, & ra-
“dicem *Biarum*) nullus profecto dubitare debet; cum
“flores ferat candidos, liliis similes, à quibus capita pro-
“ducuntur, quanta sunt papaveris, magna, quæ semen
“continent milio simile; cum hæc planta habeat radi-
“cem rotundam, cortice nigro, & intus colore flavescat,
“sitque & cruda & cocta edulis, & præsertim cum Ab-
“imbetar medicus *Ægyptius* in capite de loto (quam
“plantam vocat *Bisnil*) dixerit radicem esculentam
“*Biarum* ab *Ægyptiis* fuisse nominatam; quo nomine
“hujus temporis *Ægyptii* itidem hanc radicem intelli-
“gunt. Unum est quod notatu dignum esse videtur: apud
“Theophrastum legi de radice, amplitudine mali co-
“tonei contanti eam fuisse, Dioscorides ex Theophrasto
“dixit, similitudine mali cotonei. Neutrum verum esse
“deprehensum est; siquidem radix potius est pyriformis,
“& magnitudine ovum gallinaceum non excedit.
“Libenter crediderim, Theophrastum, pro Loto corsia
“radice, colocassie rotundæ radicem cognovisse, quæ
“verè & amplitudine, & figura rotunda malum coto-
“neum æmulatur. Accedit etiam, quod addidit, intus

Lotus *Ægyptia*.

esse candidam, cum loti radix exterius sit nigra, &
“intus flavi coloris; unde merito decocta colore ovi lu-
“teum æmulari, vel etiam Dioscorides expressit. Qui-
“bus quidem colligo *Arais el Nil* *Ægyptiorum* esse le-
“gitimum lotum Niliacum Theophrasti & Dioscoridis.
“Nos vero priusquàm hanc plantam vidissemus, suspicati
“fuimus, esse Nymphææ speciem, ex ea etiam famosa il-
“liusce plantæ conversione ad solè, de qua abunde scrip-
“simus in nostra historia *Ægyptiaca*, cum in Marghe-
“ræ lacunis in Nymphaea alba eam conversione fieri se-
“dulò observaverimus; & etiam inibi invenimus, nym-
“pheam albam radice rotunda, quam ejusdem ferè gu-
“stus esse deprehendimus, cujus est *Arais el Nil*, quæ est
“lotus Nilotica. Mirum certe est, cur veteres loti nym-
“phææ similem non fecerint, & foliis, & caulibus, & flo-
“ribus, & capitibus, ac vel etiam radice rotundæ nym-
“phææ, cum folia similia & figura & magnitudine sint,
“licet aliquantum minora sunt, & undique ferrata, &
“habentia longe plures nervos parvos per longum & la-
“tum folii discurrentes. Quid de floribus? annon ex to-
“to similes sunt? annon habent etiam in medio foliola,
“longa, tenuia, sursum oblique inversa? quæ Dioscori-
“des de nymphaea locutus, Crocum appellavit. Caules
“idem prorsus longi, rotundi, cavi & colore viridi, in
“nigrum inclinante; Quid de capitibus? annon & figura,
“& magnitudine, & colore, ea quæ in nymphaea sunt, æ-
“mulantur? In semine aliquantum differunt, quoniam
“nymphaea capita habent semina longe majora; non
“tamè nigra, ut Dioscorides meminit. Radix vero nym-
“phææ albæ in Margheræ lacunis effossa rotunda haud
“absimilis à loto Corsia nobis visa est. Cujus imaginem
“& totius plantæ dedimus in historia *Ægyptiaca*. Ad-
“do radicem nymphaea lori corsia habere eundem gu-
“stum, quem *Arais el Nil* habere me observasse scio.
“Unde mirum non est, si Theophrastus, in lib. 9. de Hist.
“plant. scripserit; Nymphaea radix dulcis est, quæ nasci
“in lacustribus solet, ut Orchomeniensi agro, & Mara-
“thone, & in Creta insula. Boeoti Madoniam hanc ap-
“pellant, fructumq; mandunt. Gerit folia super aquam
“ampla: trita imposita plage, sanguinem sistere traditur.
“Utilis & ad difficultates intestinorum pora. Non dissi-
“mille traditum fuit à Plinio de lotometra, quæ sit ex
“loto sata, ex cujus semine, simili milio, fiunt panes in
“*Ægypto*, à pastoribus, maxime aqua vel lacte subacto.
“Negatur quicquam illo pane salubrius esse, aut lenius
“dum

“dum caleat; refrigeratus difficilior coquitur, fitq; ponderosus. Hunc panem usu ad medicinam cum nymphaea convenire, vel etiam hisce verbis nobis tradidit, dicens; *Constat eos, qui illo vivunt, nec dysenteria, nec tenesmo, neque aliis morbis ventris infestari. Quare ex iis nos haud male fecisse putamus, cum Arais el Nil, esse lotum Niloticum Theophrasti, & Dioscoridis affirmaverimus, atque non minus hanc plantam inter nymphaeas albas esse comprehendendam, & hic, & alibi demonstraverimus. Haec tenus Alpinus. Lotus haec quoad caules, folia, flores, semen, in nymphaearum classem referri potest: Radix a nymphaeae radice nimium variat. Nymphaeae quippe arundinacea; loti vero bulbacea.*

Φύσας κτ' ἡὲς ὁ κρηλοῦσι μαλινάθωλον. Interpretantur, nascitur terrenum quod malinathallam appellant. Verte, nascitur in terra quod malinathallam vocant. Plinius libr. 21. cap. 15. vel anthalium vertit, vel sic legit; anthalium quod Graecè ἀνθάλιον sonat. Ex ἀνὰ & θάλω vel θάλω constat est; quod Latinis regermino significat. Eandem significationem habet μαλινάθωλον. Composita enim vox haec ex μάλα adverbium, & ἀνθάλω, denotatque, valde regermino. Quod etymon huic plantae optimè quadrat; sata enim unica radix innumeras producit, & quasi flos foliis Peruanus, radice tuberosa, & glans terrae, sese propagat, & multiplicat, ut probe iis constat, qui plantam hanc colunt.

Ἄϊσι οὐ πόρρω, &c. Plinius loco citato, Anthalium à flumine nascitur. Ita in vulgatis codicibus, etiam anno proximo 1637. edito habetur. At vero in antiquo Veneto & Parmensi, Anthalium longius à flumine. An itaque apud Theophrastum, deleta particula negativa, legendū, ἄϊσι πόρρω? An scripsit Plinius, Anthalium haud longè (vel ex Dalecampii sententia) procul à flumine nascitur? Haereō quae praestet lectio; utraque rationibus subnixā. In amoenissimo Veronensium agro non procul ab urbe sponte oritur; ibidem colitur pingui riguoque arvo. provenit praeterea in Siciliae extremis, arenosisque oris, austro expositis. Alexander Benedictus in fluminis Athesis fabulosi feri, auctor est. Haec sunt quae animum suspensum tenent. Illud statuere ausim: arenosa, austrinaque, non ficca nimis malinathallen adamare. Utrum arenosa loca prope Nilum, an procul à Nilo reperiantur, qui Aegyptum peragravit affirmabunt. De Nili fecunditate Alpinus lib. de med. Aegypt. cap. 8. Nilus vero, ut ad ipsum nunc redeam, terram Aegypti arenosam, ac omnino sterilem limo pinguiissimo aquae largae inundatione obtegit, fecundissimamque ac cultui aptissimam reddit. Probabile, loca Nilo proxima ab inundatione pinguiora, ac magis limosa reddi, remotiora vero magis arenosa relinqui. Unde colligo, Theophrastum scripsisse, ἄϊσι πόρρω ἔπι ποταμοῦ. Sed in re incerta nihil certi statuo.

Στεγνύλον εἶναι τὸ, &c. Plinius, Mespili magnitudine & rotunditate, sine nucleo, sine cortice, folio cyperi. mandunt igni paratum. Φύλλα ὁμοία κυπρίου, rectè vertit, folio cyperi. Malè Gaza, Folia ut gladiolus emittit. κύπριον interpretatur gladiolum. Alibi hunc errorem castigavimus.

Τῶπι, &c. Videtur delineare plantam, quam vulgo Trasi vocamus, à radicum sapore. grata quippe haec palato, nec minus utilis; & dicitur Trasi quod tragus sapore referat. Cyperum planta haec rotundum aemulatur: Folia enim ejus sunt arundinacea oblonga, dorso eminente, triangula, in mucronem exeuntia, cyperinis similia. Caules bicubitales, & angulosi, in quorum cacumine foliola exiliora stellarum modo radiant. inter ea flores exeunt spicati, subfulvescentesque, cyperi jubis satis similes. a tenuibus radicum fibris dependent globuli avellanæ fere conformes; sed tamen aliquanto longiores, ex aliqua parte magis extuberantes, extremum divisum habentes, ut mali punicæ fructus, mespili coronam nonnihil aemulantes, paucis lineis per obliquum circumductis, ac si pluribus partibus simul conjuncti constarent, signati: colore sunt exterius rufescente, ad instar mespili cortice admodum tenui, aspero, & adstringenti, qui pertinaciter admodum adhæret, ut avelli nequeat. ideo cortice carere rectè globuli hi dicuntur. Cortex enim, qui exui potest, inutilis, nihilque interiori parti vel fructui obest. Carnem intus continent solidam, candidam sine nucleo aliquo, sapore grato dulcique & castaneis proximo. locis, quibus dixi, sponte nascitur; colitur in hortis. Humenti Belgico solo complures capillares radices emittit. Autumno globuli leguntur, vere feruntur in plures multiplicandi. à grato dulcique sapore à nonnullis dulcichinum vocatur. Unum alterumve obstat, quo minus anthalium veterum affirmetur; quod globuli non sunt mespili magnitudine. Resp. non esse quidem majoris mespili

magnitudine, sed ad mespili minoris ex genere Setaneæ accedere, quod Itali, quia molles & esui habet nucleos aptos, exosse nominant. Satis est, si magnitudinem aliquis mespili habeat, nec opus est, maximum genus excedat. Vel dico, in Aegypto propter soli opportunitatem, vel quod quotannis non legantur, globulos esse majores.

Malinathalle.



Alterum, quo probatur, non esse malinathallam, argumentum sumitur ex ipso Theophrasto, qui folia ab incolis decoqui, ac dulcia evadere dicit. Sed corruptus videtur codex. Malè legitur τῶπι. scribe τῶπι; scilicet στεγνύλον, ἀφ' οἷον, γίνεται γλυκὺ καὶ σφοδρῶς. Parum verisimile, incolae folia decoquere: globulos, quos tam luculenter delineat Theophrastus, decoquunt. Hi esui apti, inepta folia. Plinius lib. 21. cap. 27. Anthalii quod Aegyptii edunt, nullum alium repperi usum. Anthalium vocat, quod rotundum, mespili magnitudine, sine nucleo, sine cortice est. Globulum vocavimus. Botanicis rasi existimant cyperum, cujus mentionem Theophrastus facit lib. 6. de causis cap. 16. ὅτι αἱ εἰς ῥίζαν γλυκείαν, καὶ εἰς ῥίζαν οὐκ ὁμοίαν, λίγαν δὲ οἷον ἀρροῦσιν, κύπριον, τυτλίον, πλίον, ἰπποσίλιον, &c. Quorum radices sunt dulces, reliqua vero minime respondent radicibus, exempli gratia, graminis, cyperi, beta, apii, hipposelini. Qui negant cypero tribui, loco citato, radices dulces, Theoph. oscitanter legerunt: vulgarem enim cyperum intelligit Theophrastus, nec de alio loquitur. Hujus radix humida, & recens dulcis, ficcata amara; quod ad capitis jam citati finem ipse docet Theophrastus. Ἐχουσι δὲ καὶ αἱ ῥίζαι τὴν γλυκύν τε μίχρην οὐκ ἐνεργητικὴν, ἀναξεραιητικὴν δὲ οὐκ ἔν. radices suam dulcedinem servant, usque quo resiccantur, ficcata eam statim amittunt. Humidam & recentem cyperi vulgaris radicem dulcem esse, ex Dioscoride probatur lib. 4. cap. de chrysothemo; ubi scribit, γινεται μίαν σὰν ἀπὴν, κύπριον ἰσὺν εἶναι. ἐν τῇ γλυκύν ἰσὺσθην. Gustanti non injucundam, cypero similem existentem, ex dulci subausteram. Trasi globulus nec ficcatus amarus, nec ullam recens austeritatem habet. non potest ergo esse cyperus, cujus amara radix. Dioscorides lib. 1. cap. 4. ῥίζαν δὲ ὑπὸσι — ἰμπεριον. vide cap. de cypero. Probatur porro non esse cyperum Theophrasti capite sequenti 17. ubi odoratam inquit cyperi radicem, ἰπὸν καὶ τὸ κύπριον καὶ τὸ ὀσμώδες ἐν κρηλοῦσι, ἥτιος ὄζει ἀσπύφαστον. Nam ἔστι cyperus quamvis odoratus & ficcus sua natura sit, tamen minus redoleat

dolet recens. Parum verisimile, tam brevi intervallo, alium cyperum, nulla facta differentiae mentione, describi. Nec placet opinio, quae ἀνὴρ κυπρίων, κυπρίων pro ei sine diphthongo, i reponit; & exponit gladiolum. Hujus radix siccatā, nec odorata, nec amara. Qui trasi jam descriptum sifynrichium esse putant, falluntur. Horum sententiam refello lib. 7. cap. de sifynrichio. Explo- denda & eorum opinio, qui trasi holoconitidem Hippo- cratis scribunt, Hippocrates libr. 1. de morbis mulier. ὑπερὸν δὲ νύκτα ἐκβάλλειν ὀλοκωνίτην τῆς γλυκείης ῥίζης: ἔστι δὲ ὡς βολβός, συμπερὶ δὲ ὡς ἰδαίη. πῶς τὸν τελεῖται ἐν οἴνῳ & διδόναι πί- νειν. ἡ δὲ ἢ συμπερὶ δὲ. ἡ δὲ μείζω μείζω ἀρκεῖ. Secundas ex- pelleret valet holoconitidos dulcis radix, quae bulbum refert, & parva est veluti oliva: hanc ex vino tritam potui exhibe- to, quae si exigua quidem fuerit, duae exhibendae; sin majus- cula, una satis est. Duae videntur Hippocrati noxae fuisse radices holoconitides, altera dulcis, altera amara vel al- terius saporis; alioquin non opus fuisset addere, dulcis, ni- si differentiae causa. Trasi haecenus, praeter dulce genus, nullum repertum. Facit ad r-m, quod ait, ῥίζα ὀλοκωνί- τῆς γλυκείης. radicem dulcis holoconitidos secundas expelle- re. Ergo non ipsa radix, sed planta dulcis. Radix dulcis esse nequit; nec dulcia habent tam vehementem ex- pellendi & movendi vim, amara & acria hac facultate praedita sunt. Trasi planta dulcis non est; verum radix tantum, quae nusquam alio, quam dulci habetur sapore. Praeterea trasi inter bulbos numerari non meretur: glo- buli non sunt substantia bulbosa, nec bulborum modo ullis velaminibus circumtecti, sed cortice quodam tenui, aspero & adstringente, qui pertinaciter admodum ad- haeret, adeo, ut nucleos potius referat, quam bulbos. Haec causa cur nec bulbum, nec radicem dixit malinathal- lem Theophrastus, sed simpliciter esse rotundum quid, magnitudine mespili, sine cortice. Denique cum ju- beat divinus fenex ad pellendas secundas unam tantum exhiberi holoconitidis radicem, vel duas ad summum, si exigua fuerit una; maxime quidem hoc ipso indicare vi- detur, radicem hanc vehemens satis esse medicamentum acre ac calidum, fortassis etiam amarum, quo indigemus ad secundas educendas. Hoc etiam procul dubio confir- mat, holocitidem non esse trasi, quod primum calidita- tis ordinem non excedit, omnique provocandi facultate caret, & adeo clemens existit, ut sine ulla noxa edatur a Veronensibus mulieribus praegnantibus, ad satietatem usque. Postremo, hoc quoque addi, vox ὀλοκωνίτηδος à Ga- leno in glossis exponitur, βοτάνη πρὸς ἀγρία λαχανώδη. (male in editis, ὀλοκωνίτης.) herba quaedam sylvestris oleracea. Ni- hil oleracei in Trasi percipitur. Alii mamiram vel mame- ram trasi existimant. Mamera apud Rhafen cap. 11. de peste legitur, ἀγροῦ ῥίζα. & ἰδίου τμήμα. μαμηρῶ τυπία. αἰ- μαπίτης ἰώσαν, σπύγγου κερκασίου. Mamera Nicolai habet, μαμηρῶς < γ. αἰμαίου < ἰ. αἰμαίου, &c. Aegineta libr. 7. μαμηρῶς. οἰοῦντο ῥίζα πρὸς ἀγρία ἰσχυρῶς ἀσπῆ κροδύου, πυκνοῦς ἀσπῆ οὐ, αὐτὸς ἢ λευκώματι λεπτόντιν πεπύστωται. δηλοῖται ἰσχυρῶς ἀγροῦ δυνάμει. Mameris veluti radice herbae cujusdam est, ceteri geniculis frequentibus nodosis, quae cicatrices & albugi- nes extenuare creditur, extergendi mimirum facultate praedita. Apud Trallianum libr. 2. cap. 5. μαμηρῶς reperio, καὶ τοῦτο λαμβάνου μαμηρῶς ἢ ἀμμανιακῶς θυμιάματῶ, σμύρ- νης πωγλίπιδῶ. &c. quod recipit mameira, suffuminis am- moniaci, myrrha troglodytica, &c. In editione Roberti Stephani legitur, τοῦτο λαμβάνου ἢ ἀμμανιακῶς θυμιάματος, σμύρνης, πωγλίπιδῶ, &c. Copula καὶ aliquid hic deesse fig- nificat: restituit ex Aegineta Goupylus, τοῦτο λαμβάνου μα- μηρῶς, & ἀμμανιακῶς. Aegineta libr. 3. cap. 22. μαμηρῶς ἀ- μμανιακῶς θυμιάματῶ, σμύρνης πωγλίπιδῶ. Scribe μαμηρῶς, ἀ- μμανιακῶς θυμιάματῶ, σμύρνης πωγλίπιδῶ. Vide cap. de myrrha. Sunt qui μαμηρῶς putant manna Thuris esse; quod Scribonius, Galenus, Aetius ad oculorum cicatrices manna commendat: verum cum Aegineta satis aperte doceat, ra- diculam esse extergendi facultate praeditam, tradatque; ad extenuandas albugines & cicatrices utilem; cur horum probem opinionem, non video; maxime, cum auctorem nullum habeam, qui μαμηρῶς vel μαμηρῶν exponat manna thuris. Non esse manna, ex Aetio libr. 12. cap. 44. pro- batur, ubi ait; Aliud mirabile pro divitibus. mammeram

ab aliis anabasis vocata, nascitur, ventoso fere tractu,
scandens arborem, Ἐ ex ramis propendens, folio nullo, cir-
numerosa, qui sunt juncei geniculati, radice pallida. Differt à
Diof. Plinius, quod foliis carere ephedra scribit, juncea
illi tribuat Diofcor. Ephedra è recentioribus observavit
Bellonius, ac scribit, in convallibus nonnullis Olympi mōtis,
& haud procul Rhagufio in Illyrico repertam sibi. Lib. 3.
observ. c. 41. ubi ait. Per hanc planitiem ad meridiè usque iter
fecimus, ad cuius extremum per fauces quasdam in valles
pervenimus, ubi denuo spinam cervisolam observavimus,
Ἐ ephedram rubro semine, uti Androsace refertam, ingentis
altitudinis. Hujus natura simlaci levi in Atho nascentis
perfamilis. Nam si juxta arbusculam primum adolescentem
nascatur; pro ut illa crescit, etiam attollitur, comestque in
crescendo illi fiet, etiam si in immensam altitudinem arbor
attollatur. Vidimus enim platanos celsos non minus celsas
abietibus in Hæmo monte nascentibus, quæ ephedram (ob-
serva, quam rigua hæc amet, ut tradit Dioscorides) ad
summum usque fastigium deduxerant. sine clavicularum
(quas ut simlax Lævis, quibus se implicare possit, non ha-
bet) adminiculo ramis incumbentem: si vero juxta fruti-
cem aut arbusculam nascatur, humilis manet, nec supra
eam attollitur, jam antea in Illyrico inter Castello novo Ἐ
veterem Epidaurum observaveramus. Aliud genus equiseti
idem Dioscorides describit cap. 42. libr. 4. ἰππουρας ἰπ-
πουρας, καυλὸς ἐστὶν ὄρθος, ἰσθμὸς, μεῖζον δὲ πηχίως, καυκίον, καὶ
καὶ ἀσσηματὸν ἔχουσα βραχυτέρας καὶ μαλακώτερας. Verba illa,
καυκίον usque ad καυκίον à Ruellio expressa ex cod. Ald. no-
this adject Saracenus. Equisetum alterū caule est recto, æ-
quali, cubito majore, quodammodo inani, comis per intervalla
brevioribus, candidioribusque; Ἐ mollioribus. Ceterū inserta
illa ex Ald. cod. nothis, idem Saracenus mavult legere.
ἰππουραὶ δὲ ἰππουρας καυλὸς ἐστὶν ὄρθος, ἰσθμὸς, μεῖζον δὲ πηχίως, καυκί-
ον, καὶ ἰππουρας ἰππουρας καυλὸς ἔχει ὄρθος, ἰσθμὸς, μεῖζον δὲ πηχίως
καυκίον, καὶ ἀσσηματὸν βραχυτέρας, &c. Mirari satis
nequeo, Doctiss. virum tradere, equisetum alterum Diof-
coridis

cōridis à Pliniano diversum esse, quum idem de eo tradat Plinius. *Faciunt & aliam*, inquit, *hippurim, brevioribus, & mollioribus comis, candidioribusque*. Idem tradit Dioscorides; nisi quod ischiadicis utilem esse omiserit. Inde verò certo concludi non potest, diversa esse genera. Lugdunenses, ut tradit Dalecampius, *chara* vocant, quasi *χαράδρον*, dicitur τῶν χαράδρων; à fossis in quibus nascitur. Hoc nomen equisetum quondam habuisse, Auctuarii testatur auctor. Vulgare equisetum luculenter describit Cassianus Bassus lib. 2. cap. 5. H (editi cod. h) ἵππουρις ἐστὶν ἴσχυρος ἡ ὀνομασία αὐτῆς, ἡ δὲ ὀνομασία τῆς τῆς ἵππου οὐραῖς, ἔχουσαι τὸ φύλλα πῆλὴ θηρίων ὀμοίαν, καὶ ἄλλο τὸ καυλὸν ἀγρῶν, ὁ δὲ τῆς ῥίζης, ὡς ἐπὶ τῆ ἀκροῦ λαπίστρου. αὐτὸς δὲ ὁ καυλὸς ἐστὶ (vulgo ἵππ) κενός, ὡς ὁ κλάμυς, ἔχον τὰ ἀγρῶν διηρημένα, ἐξ ἧν ἀγρῶν αἱ τελευτάδες φυλάσσονται πύφου, (MS. πύφου) ἐν τῷ δὲ εἶναι, αὐτὸ σαλπινγίον ἀποσαφηνεῖται. *Hippuris ex rei similitudine nomen traxit. Est enim similis equinae caudae, folia habens pilis similia, & ipsum caulem prodeuntem à radice usque ad summum tenuiorem, verum ipse caulis vacuus, est velut harundo, articulos habens distinctos, ex quibus articulis capillacea folia (vertunt, pilosa folia, ne fiat error. Malo, capillacea; nam pilosa dicuntur hirsuta) exoriuntur. At vero ex re ipsa salpingion, hoc est, parva tuba appellatur, Puta quod vacuus & inanis, tubamque mentiatur. Major si-*

rectos & manes promit cauliculos, pedem circiter altos, veluti equiseti, sed laeves, glabros neque striis asperis rectos, geniculis quoque frequentibus in se factis articulatos; folia angusta, veluti picea, orbiculariter digesta, mollia ac virentia genicula ambiunt; radix articulata albida serpit. Communiter quidem sine semine reperitur; aliquando ad singulas articularum commissuras dena & plura semina adnascuntur. Hinc polyspermon vocatur. Nomen polygoni accepit propter crebras geniculorum commissuras. Apud Batavos frequens, nascitur in locis riguis, juxta rivulos ac fluviorum ripas; quandoque in ipsis rivulis reperitur. Polygonon foeminam describit Dioscorides libr. 4. cap. 5. πολύγωνον ἄλλο θηρίων ἐστὶ μοικῶν ἀνοῖ, τρυφερόν, κηλαμοειδές, ἡρώατα συνεχῆ ἔχον ἰγχείμενα ἀλλήλοις ἄσπερ σάλπιγγος, καὶ ἀπὸ τῆς ἡρώατος ἐν κύκλῳ ἐξοχῆς πίτυος φολλαχίαις τοικίας, ῥίζα ἀγρῶν φύεται τῶν τῆς ὕδατιώδεις. *Polygonon foemina frutex est exiguus uno caule*

Equisetum Majus.



ve vulgaris hippuris caule tereti, ac culmi modo inani affurgit, cubito altiore, subinde rubente, aspero, & geniculis pyxidatim cohærentibus articulato, juncis ac tenuibus ad genicula foliolis, aut potius geniculatis cirris, sed tamen scabris. Reperitur vero & absque his, culmis tantummodo geniculatis, stryatis & asperis. Pro floribus, velut Iuli aut asparagi ejus, qui myacantha dicitur, cacumina in similibus eminent cauliculis. Radix subest geniculata & serpens, minor; & cauliculis in se factis, cirrisque juncis ac tenuibus priorem satis refert; sed humilior, ac non raro comosior, minusque scabra; juli minus compacti flosculos promunt candidos, radix nigricans latè serpit, geniculis quoque articulata. Notatu dignum, radicem altiore esse sive profundiore longitudine duorum hominum, nodosque habere, instar tuberculæ, oblongis parvisque dactylis similes, in superficie cinericeos, intus albos, sapore dulces. Ad equiseti classem plurimi referunt polygonum foeminam, ac vocant equisetum palustre brevioribus foliis. Mari polygono quidem haud quaquam simile est; at equiseti non dissimile,

Polygonum foemina.



præditus, tener & harundini similis, geniculis densus, quorum alia aliis tubarum modo inseruntur infarciunturque. Ipsos vero articularum genicules cingunt in orbem apices, foliolis pini similes; radix supervacua, nascitur in aquis. Omnes plantæ, polygonon foemina dictæ, notas describit, nisi quod pluribus affurgat cauliculis. Ad quod respondeo; è radice quidem plures emitti stiones, sed eisdem in plures non dividi; ut in aliis multicaulis fit. Rectè ergo Dioscoridem dixisse statuo, *μονόκλωνος, ὑπὸ καυλῶν* esse. Datur & altera responsio, *Oribasium*, vel interpretem saltem legisse *θημῖον* ἢ *πυλκλωνος* ὅ τὸ καυλὸς περὶ φέρει κηλαμοειδές, pro quo in altero codice *καλαμοειδές, mollis scilicet caulis*. Vertit Oribasii interpres; *Polygonon foemina parvus frutex est, multos ramos ferens, cujus caulis est tener, & inter se tubarum modo insertus, &c.* Vulgatam lectionem defendit Plinius, cui polygonum jam descriptum tertium est. Lib. 27. cap. 12. *Tertium genus (polygoni) oreon vocatur, in montibus nascens, harundine tenui simile, uno caule, densis geniculis, & in se fractis, foliis autem picea, radicis supervacua. In riguis provenit hoc polygoni genus. Legunt alii, ὀρειον, pulchrum, alii, ὀρειον, vel, ὑπεῖον* legunt, à caudæ figura, quam suo caule minutis foliis vestito perinde refert, ut & hippuris. Vulgatam lectionem non rejicio. *Oreon* dixit, quod in montibus nascatur. Nolo contendere Plinium auctoris sui mentem secutum, vel non satis ad verba auctoris attendisse. Forte auctor ex quo *oreon* habet, scripsit *ὀρειον*. Utuncque se res habeat, peccavit Plinius, quod in montibus nasci tradiderit. Cæterum, salvo meliori judicio, planta vulgo polygonon dicta, propius ad hippuris accedit ideam, quàm polygoni maris. Rectius fecissent veteres, si hippurim foeminam nuncupassent. Ad ἵππουρις revertor. Nisi

hippurim delineat Theophrastus, qualem describat plantam ingenue confessus sum me ignorare. Placet alii esse, quam lenticulam vocamus palustrem, sic dictam à Theophrasto vel à Bœotis, quod favillis è camino furnoque evolutibus similis sit. Helychius ἵπυρ. κήμιον, φούρ. φαργς, κλίον, &c. Ἴπυρ ergo caminum, furnum, vel *clibvnum* significat. Favet doctissimorum virorum conjecturæ, quod nusquam alibi hujus lenticulæ herbæ frequentissimæ notissimæque meminerit Theophrastus. Lenticulæ palustris meminit Diosc. lib. 4. cap. 88. φαργς ὃ ἐπὶ τῶν πημάτων ὁρίσκειται ἐπὶ τῶν γαστρικῶν ὑδάτων βρῦον ὃν ὁμοίον φακῶν. *Lens palustris in aquis pigris stagnantibusque reperitur, muscus scilicet lenticulæ similis.* Plinius

Lens Palustris.



libr. 22. cap. 25. Est & palustris lens per se nascens in aqua non fluente refrigeratoriæ naturæ, &c. Lacustris lenticula nemini ignota, muscus quidam viridis est, minimis foliolis, circinata rotunditate, lentis magnitudine, è quorum medio inferiore parte tenuissimæ fibræ capillorum instar descendunt, quæ ipsi radicum loco sunt. Memorabile quod de ea viri magni referunt. Hæc si (quod nonnunquam accidit) aquarum inundationibus à pigris aquis in fluentes transferatur, cum littoribus inhæserit, mirum in modum propagatur. Nam subnatis quibusdam capillamentis, quæ radicum vice esse videntur, sese terræ alligat, atque ita adolescens, tandem crescit in plantam, aquatico sisymbrio haud abfimilem, id quod naturæ operum indagatores non sine admiratione observarunt.

*Ὁ γὰρ ἀποστειρωθῆναι λέμμεα, &c. λέμμεα dictū videtur, quasi λεπτι, squama, cortex, membrana, à verbo λείπει, quod significat λείπειν, desquamare. Helych. λέμμεα, φλοῖος, λείπωμα: vel λέμμεα vocatur, quod ostreis & conchis minoribus adhæreat, quæ λεπιδίς Græcis dicuntur: vel ab utroque nomē habet, quod nihil nisi membranofum ferat folliculum, & super ostrea, & conchas minores vacuas nascatur, ut pictura affabrè ostendit. Androsacem videtur vocare Dioscorides, pro quo apud Helychium, ἀνδρσάκης πῶα νῆς, legitur, quod corruptum puto. Libenter legerem ἀνδρσάκης; prohibet Phavorinus, qui vulgatam sequitur lectionem. Nec tantum in omnibus Dioscoridis codicibus ἀνδρσάκης legitur, sed etiam eadem voce Oribasius, Plinius, & Galenus utuntur. Etymon si spectemus, Dioscoridis lectio, ἀνδρσάκης, probari debet. Sed facile fieri potest, ab antiquioribus ἀνδρσάκης, à recentioribus ἀνδρσάκης vocatam fuisse. Ἀνδρσάκης dicitur, quasi ἀνδρῶν ἄκρον φέρουσα, quod viris remedia suo nomine polliceatur. vel ἀνδρῶν σκῆπτρον; quod folliculi membranacei scutum exiguum referant coriaceum, quo veteres ad corpus defendendum utebantur. Inspice iconem, & fer judicium, utrumne folliculi referant exiguum scutulum. Alii ἀνδρσάκης, quasi ἀνδρσάκης dici existimant; quod ducendo urinam hydro-

pis proficit. Quod etymon non arbitror rejiciendum. Dioscorides libr. 3. cap. 150. Ἀνδρσάκης γίνεται ἐδῶ ἐν Συρίᾳ ἐν τῷ ἁγροῦ καλοῦσι τοῖς. πῶα δὲ ἐστὶ λεπτή, λεπτοκαρπῆ, πικρῆ, ἀφυλλῆ, (male in altero codice, ἑρεφυλλῆ) ἡυλάκιον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἔχουσα ἀεὶ κτηνῶν ἀντίμαστος. δύνανται δὲ ἔχει πικρῆσιν οὖν αἰνῶν & β' ἀλλήθῃ, οὖρον ποτὰ ἐπὶ ὑδρσάκης ἀγῶν. *Androsaces in maritimis Syriæ nascitur, herba vero est tenuis,*

Lemnia Androsaces.



tenuibus festucis, amara, sine foliis, folliculum habens in cacumine, quo semen continetur, ea drachmis duabus in vino pota, copiosam hydropicis urinam ciet. Omnino ἀντι λειπῆ, λειπῆ restituendum. Oribasius, enim & Plinius ita legerunt. Plinius 27. cap. 5. Androsaces herba est alba, amara, sine foliis, folliculos in cirris habens, & in his semen; nascitur in maritimis Syriæ maximè. Datur hydropicis drachmis duabus tusa, aut decocta, in aqua, vel aceto vel vino; vehementer enim urinas ciet. In antiquis codicibus pro, Syria, male Istria legitur. Videtur quoque Plinius pro, ἡυλάκιον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, legisse, ἡυλάκιον ἀντι τῆς κεφαλῆς, id est, folliculum pro capitulo. Vulgata lectio magis arridet. Quippe ἡυλάκιον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, non significat folliculos in capitulis habens, sed ἐπὶ κεφαλῆς, idem quod ἐπὶ ἄκρον in summitate, cacumine. Androsaces, cujus imaginem exhibemus, in chamaconchæ dorso innascitur, & reperitur propè Brielam, ubi Mosa fluvius mari jungitur. Perpusilla & elegans est plantula, umbilicata, unde à quibusdam umbilicus vocatur marinus, in fundo in ipsa aqua, non in aëre crescens, & vivens, ut quidam pingunt, ut plurimum chamaconchæ, quæ humi obvoluta est, dorso innascens, pediculis cirrisque glabris, nitidis, parvis, crebris, rectis, pollicem vel binos pollices altis, singulis singulos clypeolos membranaceos medio centro sustinentibus, circinatum umbilicum urachis appensis referentibus. Viret primum in aqua ex squalido cinereoque, postea ab undis in littus ejectum albescit, gustu subsalfo & amaro. Semen nunquam vidimus; illo tamen carere concludi non potest. Dixi, ut plurimum chamaconchæ innasci; propterea quod & in petris quandoque reperitur, ut Bauhinus scriptum reliquit. Ex Istria habuit, & à vulgato cirris longioribus, folliculis sive clypeolis (sed semine carentibus) in cacumine minoribus differt: & vulgare Instagijs circa Magilonom & Frontignanam observavit. Hæc animum induxerunt, in Antiquis Plinii codicibus recte Istria scribi. Quam androsacem alteram vocat Mathiolus, pro vera habere nequeo, quod in hortis è semine pulchrè proveniat, & foliola sunt plantaginis æmula, sed minora, humi expansa, copiosè inter segetes circa Badenfes thermas nascitur, locisque alijs Viennensi urbi vicinis.

Ἐλάγιον, &c. Alii plantam hanc sic dictam volunt, quod folia agni, fructum vero oleæ ferat: alii contra quod folia oleæ habeat, fructum agni, vel quod reliqua facie agno five vitici similis sit. Ego imaginari nequeo, unde ἐλάγιον nomen acceperit. nec facie, nec folio, nec flore, nec fructu ullam cum olea similitudinem habere tradit Theophrastus. Lege & relege quæ scribit, nihil quod oleam sapit reperies. Agno five vitici multis in rebus

bus similis. Frutex est ad instar viticis & folia viticem referunt. Corruptus Theophrasti codex. Scribe ἐλιάγνος. id est, agnus palustris, ut ἐλισσέλιος apium palustre, ἐλισσέρι- πλῶ ἐν ἰλίαι περιβρέμενον, ὃ ἐστὶ φουδρόν, quod nascitur & ali- tur in paludibus & locis humidis. Sic ἐλιάγνος agnus in flu- vio Orchomenio proveniens. Hanc veram scripturam esse, docet Hesychii series alphabetæ. ἐλιάγνῶ φυτόν γαμα- γῶδες; Idem Phavorinus. Vera igitur, quam dixi, le- ctio.

Καὶ παρόμοιον τοῖς ἄλλοις. Theodorus addidit ἄγνος. Ipsa ratio legendum dicitur, ὅτι παρόμοιον τοῖς ἄλλοις, vel τῷ ἄγνῳ. agno simile.

Μαλακὸν δὲ ὡς τὴν αἰ μιλίαι, καὶ χροῶδες. ἀνθος δὲ τῆς λου- κίης ὁμοίον, &c. Hæc corruptissima. mali folium non est lanuginosum; flos populi albæ lanugine obductus. Scri- be ergo. μαλακὸν δὲ ὡς τὴν μιλίαι, χροῶδες δὲ τὸ ἀνθῶ, τῆς λουκίης ὁμοίον. Verum mali instar molle, flos lanuginosus, similis populi albæ. Doctissimi Botanici oleam Bohemica- cam, quam zizyphum albam supra diximus, heleagnum five viticem palustrem putant, quod folio & virgis ag- num, fructu oleam referat. Theophrastus non ἀκαρπῶν hanc dixit plantam, sed ἀκαρπῶν οὐδὲν φέρειν, fructum, omni- no nullum ferre. Nec fructus cum oleo satis convenit, nec folium cum vitice. Vide utriusque descriptionem, & & fer judicium, nec in palutribus venit, sed locis fic- cioribus & cultis. Flos populo albæ nullam similitudi- nem cum zizypho hac habet. Populus alba julos profert initio purpurascens: olea Bohemica flosculos oblon- gos, secundum folia binos ternosque concavos, odoratif- mos, in medio exiguis aliquot staminibus donatos, colo- re ex argenteo pallecentes vel subluteo. Alii myrtum Brabanticam, myrtum Belgæ vocant, heleagnum asserunt. Folium hæc fert durum, myrto quam agno multo simi- lius; florem fert spicatum, exiguum, luteolum, neutiquam lanuginosum & papposum. Qui semen fructumque fer- re negat, è Botanico-um schola ejiciatur. Agnum mag- nitudine multum cedit: cubiti cubiti vel sesqui cubiti al- titudinem non superat. Ego salicis quoddam genus de- scribere Theophrastū existimo, ad lacum Orchomenium nascens, necdum satis cognitum. Salicem fructum ferre, negant antiqui, nec conspicuum ostendit semen: flos est lanuginosus, populo albæ non dissimilis, sed minor: fo- lia habet agni foliis particularibus non dissimilia, sed molliora. Et fortassis salicis illud genus folia habet in to- tum agno similia, id est quinque ex uno pediculo penden- tia. Dalecampius, salicem folio longissimo, angustissi- mo, utrinque albido, docet heleagnum. Hanc sententiam probat Anguillara, & Patavinus reginolo dici scribit. Qui salicem Syriacam, Alpino Calef dictam, heleagnum putant, falluntur. Scio à Zawolphio tenuioribus depingi foliis. Calef vel calaf, ut ipse testatur Alpinus, foliis do- nata est crassioribus, durioribus, viridioribus euonymo. Semen ferre, idem docet. Apud Batavos in insulis flui- vantibus, quas *Deenen* vocant, salicis quoddam genus reperitur, magnitudine agnum non excedens, ramulis & virgis non dissimilibus, foliis optime foliè agni re- ferentibus sed mollioribus; julum fert reliquarum fal- licum modo, sed minorem lanuginosum, cito in albidos & lanosos pappos abeuntem, qui, antequam semen ma- turum, vento abripiuntur; ita ut semen non ferre rectè statui possit. An hæc heleagnus, doctiorum esto ju- dicium.

Σίδη τῶν ῥόδων μορφῆν ἔστιν ὁμοίαν τῇ μήκωνι, &c. Sida historia confusa & perturbata admodum, quod viri maximi jam animadverterunt. Mercurialis libr. 2. variarum lectio- num cap. 4. Quarto libro de historia plant. cap. 11. Theo- phrastus narrans, in Orchomenio lacu multas arbores nasci, velut oleagnum, sidam, & similia, de sida in hunc modum loquitur: ἢ δὲ σίδη τῶν ῥόδων μορφῆν ἔστιν ὁμοίαν τῇ μήκωνι, καὶ γὰρ τὸ ἀνω κυπινῶδες τιούτων ἔχει. (ita Ald. & Basf. codex legunt) quæ verba transferens Gaza, ut similitudinem papaveris servaret, vocem illam κυπινῶδες omisit, sicque errorem errori addidit. Quis autem non videat, sidam arborem, nullam cum papavere similitudinem habere posse? itaque textum Theophrasti corruptum esse facilliter quis intelliget: eoma- gis, quod Athenæus libr. 14. deipnos. citans hunc Theo- phrasti locum, sidam ex ipsius sententia non papaveri, sed punice malo similem facit: ut rationi magnopere consentiat, ita fuisse appellatam ob similitudinem punicæ, quam veteres sidam nominasse præter Athenæum, Plutarchus quoque (vi- de cap. de punice) testatus est. Hæc Mercurialis, medi- cus satis doctus & expertus. Utrum arbor, an alterius generis plantæ, sida, non exprimit Theophrastus. Ma- lum punicam sidam vocari supra satis probavimus. Hanc plantam sidam vocari à punicæ mali similitudine, satis,

clarè docet Athenæus. λέγεται δὲ πᾶσι φυτῶν ἐν αὐτῇ δίδη ὁ- μοίαν ῥοδαί, γινόμενον ἐν τῇ σιδῇ Ὀρχομενῶν λίμνῃ ἐν αὐτῇ τῷ ὕδατι, οὗ τῶν φύλων τὰ ἀποβάσει ἰδίαι, τὸν δὲ βλάσταν αἰ ὕει, ὡς ἰσχυρῶς οὐ- φασσας ἐν πεπερητῶ σιδῇ φυτῶν. Corruptus Athenæi codex. Illud ἐν τῇ αὐτῇ δίδη, nemo facile recte exponet. Scribe, λέγεται δὲ πᾶσι φυτῶν ἀλλο σίδη, ὁμοίαν ῥοδαί. Fertur & aliâ plan- tam esse, cui nomen sida, similis hac punice malo, nascitur in aquis Orchomenii lacus, cujus folio vescuntur greges, germinibus suos, ut inquit Theophrastus lib. quarto de plan- tis. Si punicæ malo simile, qua ratione potest Theophra- stus probare, formam habere papaveris? nec loquitur Theophrastus, σίδη τῶν ῥόδων μορφῆν ἔστιν ὁμοίαν τῇ μήκωνι, nec Græcum videtur. Nicandri Scholiastes, ad hos in The- riaca versus, Sidam ait esse radicalem similem papaveri.

— Ἡ δὲ σίδα ψαμαθῆϊδας, ἃς τρέφει αἶα, Κωπαῖαι τε λιμναῖον ὑδάτω φαντο παρ' ὕδαρ, ἢ περ σχοιηῆς τῆ ῥοδῶ κνώπιό τῆ βάλλαι.

Omnicolassique sidas, quas fert Psamathia tellus, Coræumque solum vividantibus educat undis Qua circa Sconæ, Cnopique fluentia feruntur.

Ad hos versus Scholiastes. Ἡ δὲ σίδη φυτῶν ἔστι, ὃ καὶ Θεο- φραστον ἐν Ὀρχομενῶν φύτῳ ἐν ὕδατι, ῥίζα ὅτι τῆ λίκου δὲ ἡλικῆς μήκωνι — παρόμοιον δὲ φυτῶν ἐστὶ ῥοδαί, καὶ βεβασίμους δὲ τὰς σίδας φασὶν εἶναι. Sida, inquit, Planta est, quæ secundum Theo- phrastum juxta Orchomenum nascitur in aqua, radicem pa- paveris similem ferens — est autem persimilis malo punicæ, ajuntque sidas non inidoneas cibo Hesychius σίδη; οὐσίφρα- σος φυτῶν ἔπεσον τῆς ῥοδαί φησὶν εἶναι τῶν σιδῶν. φύλον δὲ ἐν τῇ Νελοῦ. Sida; Theophrastus plantam, dixit esse, a punice di- versam, sidam, nasci in Nslo. In Orchomeno dixit non Nilo. Omnes asserunt, esse punicæ malo similem, Nican- dri Scholiastes radicem comparari à Theophrasto scri- bit papaveri: inde conjicio scribendum, τῆς ῥοδῆς ἢ ῥίζα ὁμοίαν ἐστὶ τῇ μήκωνι, τὸ δὲ φυτῶν (vel δένδρον) μορφῆν ἔχει τῆς ῥοδαί, & γὰρ τὸ ἀνω κυπινῶδες τιούτων ἔχει, ὡς ἡμῶν αἰς καὶ ῥοδῶν, μὲν γὰρ δὲ ἐστὶ ὁ ὄγκος, ἡλικῆς μήκων; Sida radicem habet pa- paveri similem, planta (arbor) punicæ forma est, ac talem cypitium superne habet, nisi quod quo ad proportionem major sit, totaque magnitudo, ad mali accedit amplitudinem, nec nudus, sed candidis membranis intectus. Hæc conjectura quidem, sed quæ auctoritate sine Nicandri Scholiastæ Athenæi, & Hesychii munitur. Ex Hesychio arbore esse sidam, sit probabile. Quidam φυτῶν, inquit, ἔπεσον τῆς ῥοδαί, quod de herbacea planta dici non potest. Quidam pro κυ- πινῶδες, ut in Basileensi & Aldino codice habetur, καθάδης, scripserunt, quod caput papaverinum, cui vulgata le- ctio comparat, quod in supremo sida est, καθάδιον vocetur. Sed abunde jam probavimus, non papaveri, sed punicæ malo similem sidam.

Τοῖς τῶν ῥοδῶν. Probabile admodum, scribendum ῥοδῶν, quod totam plantam comparat punicæ, hisque foris folia herbacei coloris, similia punicis, quæ adhuc sunt in calice, quaterna se applicant. Quod si quis vulgatam velit, servare per me licet.

Ὁμοίους τῆς ῥοδαί. Hæc inepta esse, nemo negabit. Theo- dorum ῥοδαίσι legisse, ait Scaliger. ῥοδαίσι vites dicuntur quæ non continent fructum. Sed papaveris quoque ge- nus ῥοδαί dictum; quare vel ῥοδαίσι, vel τῇ μήκωνι legit. credo quod papaveri comparavit sidam Theophrastus, ut in vulgatis habetur codicibus. Vera lectio, ῥοδαί. Ni- candri Scholiastes ex auctoritate Theophrasti, ἔχει ἢ ῥοδαί- κους ἑυθρόους, ὁμοίους ῥοδαί, προσηλυτίστους δὲ. Grana rubra si- milia punicis, sed rotundiora. Semen papaveris erratici ῥοδαίσι nigricat; mali punici rubet, sed oblongum est, non rotundum. In Aldino, ἐν τῇ κίτῳ, καὶ ῥοδῶν legitur dele quoque verba, οὐκ ἔχοντες ἢ ὁμοίους τῆς ῥοδαί.

Τὸν δὲ χυλὸν ὑδατῶδη πῶα, καὶ ἡμῶν δὲ τῶν πυρῶν. Male ver- tunt, saporem dilutum quendam, ut triticum reddit. Quis sapor dilutus, quando ὑδατῶδη χυλὸν accepit triticū? χυλὸν quandoque succum, quandoque saporem significare, alibi probavimus, nec succum, nec saporem aqueum habet triticum. Scribe, τὸν δὲ χυλὸν ὑδατῶδη πῶα, καὶ ἡμῶν δὲ τῶν ῥοδῶν. Succum quendam aqueum, quemadmodum punicum malum, reddit. Lippis & tonforibus notum, punicum ma- lum succum continere rubrum, aqueum. χυλὸν ὑδατῶδη vertendum esse, succum aqueum, quod sequitur, ἀδρυνετῶν δὲ ἢ ἡγεῖνος, crassatur aestate, satis docet. Bilutus sapor nec aestate, nec hyeme crassescit. Succu crassiores red- duntur non sapores.

Τούτου ῥοδῶν, &c. Recte Scaliger, πῶα ῥοδῶν, &c. πῶα, scilicet αἰθῶν.

καὶ οὗτ' ἔτι τὸ κερπυλλοειδές, &c. Interpretantur, fructumque compilatus sit. Verte, cum omne, quod fructum cingit, col- lectum sit. καὶ τὸν καρπὸν ἐκχέου reddunt; fructumque fun- dere: Dic tu, amittere; Fundere, ut recte Scaliger, cum fructus editur.

Τίληθ' ἴδ'. Qui fidam existimant esse nymphæam lu- team, falluntur. Caret radice papaveri simili; nym- phæa etiam folia habet plane rosæ, vel punicæ dissimilia; & caput membranis albis non cingitur, nec granum ru- brum, sed nigricans semē continet; præterquam quod ex herbaceorum genere sit nymphæa; Sed hoc invalidū ar- gumentū. Quippe non constat, utrum ex arborū, an her- barum genere sit fida. Nec minus à vero absunt, qui al- thæam palustrem, vel feni peregrinam Dodonæi Sidam scribunt. Nomen huic plantæ non est impositum à flo- re balauftio concolori, nec absimili, qualem venustum in- primis, althææ palustris cytini flore, utriculis aristolochiæ, ostendit. Folia huic althæa non rosæ aut punicæ similia, nec herbacæi coloris, sed albicantia. Fructum haud qua- quam planum habet, sed tuberosum, rotunda ac globo- sa, quinquangularem formam: nec cytinum, sive cap- ut habet majus punica malo. Errandi occasionem vi- detur præbuisse Bellonius, lib. 1. observ. cap. 57. Istic althæa flavum fert florem, quemadmodum ea quam Theophrastus apud Athenas Orchomeno lacu nasci refer- fert. Nescio, ubi in Orchomeno lacu nasci althæam, scripserit Theophrastus. Apud Arcades nasci libro 9. capite 15. tradit. Inter ignotas igitur fidam repono plantas.

Καρποφορεῖν, Theodorus. κερπυλλοειδὲς τῶν ἐν τῇ λίμνῃ ἑρείᾳ, τοῦτο, καὶ τὸ βούτομον, ἔτι τὸ φλωῖς. Illud, τοῦτο, valde suspe- ctum, nec quo referam video. Malo scribere; κερπυλλοειδὲς τῶν ἐν τῇ λίμνῃ ἑρείᾳ, καὶ τὸ βούτομον, καὶ τὸ φλωῖς. Triā ex iis que in lacu nascuntur fructum ferunt; fida, butomon & pbleos.

Butomos dissecta pannicula.



ista habet folia, viridia, junci & cyperi similis, dorso emi- nentiore quodammodo triangula, acie sua utrimque ma- nus arripientis fauciantia: caules læves, rotundos, bicu- bitales, aut altiores, in ramulos quosdam & alas divisos: circa hos complures pilulæ prominent, exiguis & candi- dis fibris, vel paniculis florentes. Hæ ubi defloruerint, in echinata quædam capitula, rotunda, nucis myristicæ magnitudine, platani pilulis non dissimilia, colore satu- rate virentia mutantur, quæ sunt quasi multorum seminu- m aculeatorum compactio. Radices subsunt fibrosæ, quæ serpendo longe lateque se diffundunt, floret mense Junio, asperas pilulas Julio & Augusto mensibus perficit. Floret etiam particulatim, ac ab imo incipit, ita ut

Εἶναι δὲ τοῦ βούτομου μέλας, κερπυλλοειδὲς, id est, fructum, βούτομον dicitur, quia à bove dum manducatur in mul- tas particulas secatur, vel, quod in boum alimentum tondetur ac demeritur, καὶ τοῦ βόου, καὶ τίμνω. Hesy- chius, βούτομον. φυτόν βοῦσι δαδύμενον τὸς φλωῖς οἷον χέρον. Vel, βού- τομον vocatur, quod ἀδύλλω valde scissam habeat, vel quod acutam habeat aciem valde secantem. à βού parti- cula intensiva, & τίμνω, scindo, seco. Butomum Theophra- stus libr. 1. cap. 8. numerat inter palustria, quorum cau- lis peculiarem quandam æqualitatem fortius est. Eodem libro cap. 16. recenset inter ῥωτιόφυλλα, quæ arundinacea, & ut Gaza loquitur, angulatiā habent folia. Hinc apud Suidam, βούτομον. φυτόν ἐν τῇ λίμνῃ ἑρείᾳ, ὅθεν ἰδίως οἱ βόες; planta παρὰ, arundinis similis, qua pascuntur boves. Cap. 9. lib. 4. Omnibus in fluyiis locisque palustribus re- periri tradit: hoc vero capite, fructum ferre nigrum, magnitudine fidæ proximum docet; addit seminam sterilem esse. Meminit butomi Cassianus Bassus libr. 2. cap. 5. βούτομον γίνεται ἐν τοῖς ἴλεσι, φύλλα δὲ ὅμοια φέροι ἀει- ελοῖς, οἱ βόες αὐτὰ πάλαι βόσκοντο, καὶ ἐκβάσσοσι ἐν μίᾳ ρίζῃ πολλὰ ἀναφέρει κλωνία, &c. Butomon in paludibus nascitur, folia similia populneis nigris habet, grata boum pabulo ex una autem produntur duæ. Legit ergo, αἰγυρίοις. Dodonæus κυπριεῖοις restituit; qualia sunt folia butomi vulgaris. MS. codex γειεῖοις habet, λάϊον lilium. An legendum, γει- εῖοις? Cum liliaceis comparari possunt, sed cupero si- miliora sunt. Quæ sequuntur haud leviter corrupta sunt. MS. codex, ἐκβάσσοσι δὲ οὐ καὶ ἐν, ἀλλ' αἰς γέμενοι, πινυπέφυλλοι ἐν μίᾳ ρίζῃ πολλὰ ἀναφέρει κλωνία, &c. Scribe, ἐκβάσσο- σσοσι οὐ καὶ ἐν, ἀλλ' αἰς ἐνός γέμενου πολλὰ καὶ ἀσπάρτα. πινυ- πέφυλλοι ἐν μίᾳ ρίζῃ ἀναφέρει κλωνία. Folia autem non singu- latim ab imo cespite emittuntur, sed plura & dispersa. pen- taphyllum ex una radice emittit ramulos. Butomon putant, cujus effigiem damus. Vulgo platanariam vocant, à fru- ctuum cum platani pilulis similitudine. Platanaria angu-

Butonum alterum.



infima in parte fructus, suprema flos spectetur. Locis exit palustribus, perennes aquas habentibus: reperitur & juxta rivulorum quorundamque fluviorum margines. Est autem & hujus generis alia quædam, pilulas & circa caulem & in summo ferens; utramque butomon vocant. Dubitari potest, utrum caulem habeat, adeo æqualem, ut de ea Theophrastus scribat, peculiarem quandam æ- qualitatem fortiri. Nisi in lacu Orchomeno majora ha- beat capitula, butomon Theophrasti esse nequit. Buto- mon, inquit, ferre fructum magnitudine fidæ, atqui fi- dæ fructus magnitudine est mali. Vel dicendum, in Græ- cia mala non multum excedere nucis myristicæ magni- tudinem, Alii sparganion esse volunt. Dioscorides lib. 4. cap. 21.

cap. 21. *σπαργάνιον φύλλον ἔχει ἰσχυρὰ ἐπιφύων, ἐπιπέποιθ' δὲ καὶ ἐπιπυλνίστα, ἐπ' ἀκρον ἢ τοῦ κωνοῦ ἀσπί σφαιροῦ, ἐκ οἷς ὁ καρπός.* *sparganium folia habet gladioli, sed arctiora & inclinatio, ac in summo caule velut pilulas, in quibus semen.* Negant viri etiam Doctissimi butomon descriptum esse, sparganium, quod quantum, inquit, ab ejus descriptione abfit, vel solus pilularum situs ostendit, quæ non ἐπ' ἀκρον, τοῦ κωνοῦ, sive in summo caulis modo, sed & multo infra ejus fastigium, & alibi quoque exoriuntur. Alterum majorem cum sparganio similitudinem habet, quod circa caulem & ἐπ' ἀκρον fructum ferat. Addit alterum argumentum Mathiolus, quod folia gladiola ferat latiora & sursum spectantia, cum contrarium de sparganio tradat Dioscorides. *Vaga, inquit Pena, ulla latioris & certioris nota, sepe non certa, sepe in contrarium accipienda, & ubi dicit ἐπιπυλνίστα, magis quam gladioli inclinata, a parte indicat, magis esse dispersata, & sparsa, (ut sane sunt) quam sint gladioli, quæ plurimum recta, & proxime caulem parallela assurgunt.* Plantas pro cæli folique ratione, latiora, majora, minora, angustiora ferre folia non negamus: sed, cum butomon, sive potius platanaria, ubique terrarum, omnibus in locis palustribus, latiora ferat folia quam gladiolus, nihil facit effugium Penæ. Auctorem adducat probatum, qui ἐπιπυλνίστα pro sparsa ac dispersata accipiat, alioquin fidem non damus. Firmum ergo maneat Mathioli argumentum. Errant & illi, qui tribulum palustrem pro butomo habent, ubi folia ejus angularia, & harundinea? ubi fructus magnitudine Sidæ? eadem de causa nec pseudo iris palustris butomon esse potest.

Τοῦ δὲ φλίως, &c. Doctissimi quidam viri φλίως & φίως confundunt. Errandi occasionem dedit, quod pluribus apud Theophrasto in locis φλίως legatur, ubi φίως scribi oportebat. uti libr. 6. cap. 1. ubi τριβλῶν vocari tradit. Scribe φίως non φλίως, deleta littera λ. Vide cap. 1. & 5. lib. 6. ubi multis rationibus demonstratur, τριβλῶν plantam spinosam non vocari φλίως, sed φίως. φλίως est papyrus altera, cujus meminit Strabo lib. 5. πύθητι καὶ τριβλῶν ἀνήθηκε καὶ πικρὴ γίνεται ποσάμοις εἰς τὴν γαίαν. Vide cap de papyro. Ex hac Indi vestimenta antiquissimis temporibus conficiebant. Herod. libr. 3. cap. 98. Οὗτοι ἔδρ' ἢ τὴν Ἰνδοῶν φάριον ἐσθῆτα ἢ φλοῖνον, ἃ ἐπὶ αὐτῶν ἐπιπέποιθ' ἀμύσσονται, καὶ ἐκείνοι τοὺς ἐκείνων φοροῦσι τριβλῶν καὶ τριβλῶν. Ipsi Indorum vestem gerunt & pleo, quem ibi ἐ σὺμινε demessuerunt & contuderunt, in modum sportæ texunt, & velut thoracem induunt. Pollux lib. 10. cap. 45. ubi ab Atticis φλίως vocari docet, Ionibus vero φλοῖνον, inquit, εἰς ἐσθῆτα Ἡεροδῶτου εἰπέοντο, σπὶ τοῦτο ἕα ἀρχαί λήγαν καὶ ἐπὶ τῶν ἀλλοίων ἀπογεμάτων οἷοι φλοῖνον σπυρίδιον ἢ ψιῶνον ἢ ὅτι δῆποτε. — ἢ δὲ ὕλη ὅση ἐπιπέποιθ'το, φλοῖνός μὲν καὶ τοῦ ἰωνῶν, φλίως δὲ καὶ τοῦ Ἀπικρῶν. φλίων ergo vestis Herodoto ex phleo herba palustri, & fluviatili flexa, quæ texendis sportis erat idonea. Hanc herbam Attici φλίω. Ionες φλοῖνον nominabant. Eadem papyrus altera, de qua supra cap. de papyro quædam diximus. Galenus in glossis φλίων (lege φλίω) φλογμῶδες πῖ ἐν τούτῳ καὶ πυτυρῶδες φυτόν, ὅσπερ καὶ πικρὸν ἀμύσσεται τοῖς ἐσθῆταίς κερμαίοις. Vertunt. *Verbasco similis & papyracea quadam planta, quæ etiam oleatiis vasis circumponitur.* Scriptio, ajunt viri magni, nobis valde suspecta est, & φλίω aut φλίω pro φλίω fortè legendum videtur, & φλογμῶδες pro φλογμῶδες. Est enim φλίω, idem quod φλίω verbascum, & planta quædam folia habens crassa, pinguis, lanuginosa, quæ & φλοῖνον & ἰψυλλίς dicitur, quibusdam lucernaria. Et, si conjectura valet, existimamus, locum subindicari à Galeno libr. σελ τῶν ἐσθῆτων παρῶν. de internis affectionibus, καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ ὑπὸ τῆς τρίχας οἷοι φλοῦς ὑπῆσαν. Et in capite sub pilis velut cortex subest. Sic enim scribitur, ut φλοῦς idem quod φλίω aut φλοῖνος significet, hoc est, corticem aut cutem desquamata, velut de serpentis exuvio dicitur. Unde squamilas dixit Calvus; & φλοῖνος Hesychio φλοῖνος ἐπιπέποιθ'ον, & λεπτὸν exponitur. Verum, ex Galeni lectione φλίω aut φλίω scribendum videtur; ut indicetur in capite sub pilis, lanuginem quandam crassam & albam, qualis in verbasco videtur, subesse, quæ cutis desquamati, aut squamulis similis est. Hæc multis erroribus sunt involuta. Omnino assentior, scribendum εἶναι φλογμῶδες, φλογμῶδες. Verbasco facie non est similis; sed verbasci instar tomentum præbet, ex quo vestes aliasque res conficiebant veteres. Omnino scribendum φλίως vel φλοῖς. Vide Pollucem, qui papyrus intelligit alteram, de qua Strabo, Martialis, cæteri, vide cap. de papyro. Neutiquam ergo φλίω aut φλίω quod verbascum significat, scribendum. Fieri potest, Galenum subindicasse locum quem citant libro de internis affectionibus. Sed malè vertunt, nul-

lus cortex subest, sed mollities quædam, tomenti instar, qualis ex papyro altera, quæ φλίω & φλοῖς dicitur, paratur. Non vult lanuginem quandam subesse crassam & candidam, qualis in verbasco cernitur; sed lanuginem tomentolam, qualis è papyro fiebat altera, vide cap. de papyro, item quæ paulo infra dicuntur, ubi probatur, φλίω Latinis scirpum significare. Tomentū illud papyraceum non dissimile lanugini, quæ in verbasco cernitur; Ideo Galenus, φλογμῶδες πῖ ἐν τούτῳ, καὶ πυτυρῶδες φυτόν. planta papyracea, ex qua lanugo mollis, qualis in verbasco. Vult ergo Galenus, verbasco similem mollitiem, & papyri naturam habere, idemque φλίω textum fictilibus circulariis circumponi, ut hodie buticulæ vitreæ circumtecto vimine muniuntur. Postrema suggerunt, Galenum subindicare locum, qui libr. 1. de natura muliebri reperitur, ubi Hippocrates ait, ἀπὸ ἀμφορέως ἰλασθησὶ τὸ ἰσθμια τὴν σίβλω ὑποκρίων. Corrigit, ἐπὶ ἰλασθησὶ ἀμφορέως. Vertunt. *super oleariæ amphora operculo stoeben succendico.* Tu pro ἰσθμια, scribe σελίθημα, & reliqua lege, ut in codicibus extant. docet eam stoeben accendendam esse, quæ oleariis amphoris circumponitur. Clarè in glossis, ὁσπὶ σελίθημα ἰλασθησὶ τοῖς ἰλασθησὶ κερμαίοις, quæ oleariis vasis circumponitur. Stoebe alia spinosa, quæ φλίω; alia non spinosa quæ φλίω & palustris. Tiberius mulo medicus lib. 1. cap. 55. τριβλῶν, ἐστὶ δὲ φλοῖνος ἢ ἑρῶνται εἰς τὴν σάγγρατα, ἴσθηται καὶ ἐπιπέποιθ'ον τοῖς ἰσθμιαίσις ζώοις. Vertunt; *Stoeben quæ cortex est, quo clitelariis animalibus ad interna stragula utuntur.* Corruptus codex. Reçtè emendant viri docti τριβλῶν, ἐστὶ δὲ φλίω. Stoebe est phleo (id est altera papyrus) quo utuntur, ad saginata (id est thecas) infarcienda tomenti loco, quæ animalibus dossuariis (dromedariisve, ut vocant Belgæ) imponuntur. Quondā existimavi legendum φίως; putabam enim solum φίω vocari Stoeben, sed tandem contrarium repperi. Certè spinosa planta amphoras adversus injurias servare nequit. Apollonius Alexandrinus de conjunctionibus, quas Græci τριβλῶν πικρὸν vocant, ἐν τῇ φησὶ τριβλῶν εἰς τῆς σάγγρατας τῶν ἀμφορέων διχρησθῆναι ἢ τῶν τριβλῶν παρῆται ὑπὲρ τῶν κατὰ θάλασσαν τοῦ ἀμφορέων; Stoeben sive φλίω ad componendas amphoras usum præbuisse, extra omnem est dubitationem. Utraque planta φλίω & φίως appellatur τριβλῶν, sed Theophrasto solum φίω τριβλῶν dicta, quæ spina est vel spinosa herba. De stoebe plura libro sexto. ubi docetur, ἐπιπέποιθ'ον τριβλῶν vocari, ac carnosa habere folia, quæ ad farciendū non videntur inepta. Hæreo itaque, utrum Hippocrates τριβλῶν non vocarit ἐπιπέποιθ'ον. Probabilior autem altera opinio, φλίω intelligere. Stoebè dicitur τριβλῶν τὸ τριβλῶν ἰσθμια, cogendo. vel δὲ τὸ τριβλῶν, quod idem significat. Σπυρίδιος lectus ex paleis, foliis & gramine. Aristophanes in Pluto, ἀπὸ δὲ κλίνας ἔχει τριβλῶν ἄριον, pro lecto torum habet junceum. Placet aliis, τριβλῶν esse herbas aptas ad defucumbendum. ἐκασθενδὸν οἱ νῆοι, δμοῦ ἐπὶ τριβλῶν, καὶ αὐτῶν συνήθοντο ἢ τριβλῶν τριβλῶν πικρὸν καὶ γαῖον. Hæc diverso modo interpretantur viri docti. nonnulli sic, dormiebant in toris quis congebant ex arundinibus apud Eurotam natis. Malunt alii, dormiebant simul juvenes in herbis, quas congerbant ex arundinibus apud Eurotam natis. Latè sumitur vox τριβλῶν, pro qualibet scilicet herba tomentitia, qua infarciuntur culcitæ, & id genus alia. Eandem significationem habet apud Divum Marcum cap. 11. ἀπὸ δὲ τριβλῶν δὲ ἔκαστον ἐκ τῶν δειδρον, καὶ ἐσθῆτων εἰς τὴν ὄδον. Alii autem frondes cadebant ex arboribus & sternebant in via. Apud Divum Ioannem cap. 12. vers. 13. ἐστὶν αὐτῶν τὰ βλάτα τῶν φλοῖνων. Τὰ βλάτα supra diximus ramulos esse florentes palmarum. vide quæ cap. de palma retulimus. Latè ergo admodum vox τριβλῶν sumitur, de qua plura lib. 6. cap. 5. Verisimile ergo admodum, φλίω cognominatum esse τριβλῶν, quod τριβλῶν usum præberet. φλίως dicitur τριβλῶν φλίω τριβλῶν ἐστὶ φλοῖνον, quod significat, plenus sum. abundo, impleo, vigeo, scateo; frondeo. Et frondet egregiè φλίω, & culcitras, aliasque res implet. Latinis φλίω scirpus vocatur. Glossæ. Scirpus φλοῖς, πᾶσι. Plinius lib. 16. cap. 37. Nec in fruticum nec in verprium cauliumve, neque in herbarum, aut alio illo, quam suo genere, numerentur jure scirpi (in altera editione scripsi) fragiles palustresque, ad tegulum tegetesque, è quibus detracto cortice candela luminibus, & funeribus serviunt. Firmior quibusdam in locis eorum vigor. Namque iis vellicant non in Pado tantum nautici, verum & in mari piscator Africanus, præpostero more vela intra malos suspendens: & maralia sua Mauri tegunt; proximeque æstuant hoc videantur esse, quo inferiore Nili parte papyri sunt usu. Hæc examinanda. Ad tegulum, tegetesque Doctissimus Salmasius legit ad tegillum t getesque. Tegella cuculli vel petasi ex scirpo facti. Festus tegillum cuculli un-

culus ex scirpo factus. Ovidius ex scirpo tegetes, seu stoeas quas mattas vocant fieri tradit. 6. Falgor.

At Dominus discedite, ait, plaustroque morantes sustulst, in plaustro scirpea matta fuit.

E quibus detractio cortice candele, &c. Candelis ad lumina usum præbuit scirpus, ut papyrus. Antipater.

Λαμπάδα κηροχίτωνα κρόνου τυφήρα λύχρον
Σχόινω κη λειπή σφιγγόιδρον παπύρω
Αντίπατρῶ Πείσωνι φέρεει γέρεει.

Facem ceream tunicam habentem Saturni ardentem lychnum

Iunco & tenui constructum papyro
Antipater Pisoni fert munus.

Τὸν φλουῶ, ut supra dixi, intelligit φλίω. Latinis scirpus, Paulinus.

Lumina, ceratis adolentur odora papyri.

Id est, candelæ de scirpo, phleo, vel altera papyro factæ. Quod ait, & funeribus, vulgo malè accipiunt (ut recte monet Salmasius.) docti de luminibus quæ accendebantur, juxta mortui cadaver, quandiu supra terram esset. Papyrus & scirpo, qui naturam habet papyraceam, farsiebant lectos mortuorum, cum quibus rogo inferebantur, ac comburebantur. Martialis.

Fartus papyro cum tibi torus crescit.

Alimenta igitur ignibus ex papyro illo & scirpo quærebant, ad cremanda cadavera. Quæ sequuntur longe sunt corruptissima. In antiquo nostro habetur. Et mapalia sua Mauri tegunt proximeque æstimanti hoc videatur esse, quod interior munda parte pari sunt papyri usui. Sed fruticosi generis sunt. inter. — In optimo & antiquissimo Thuanæo hæc ad hunc modum. Proximeque æstimanti hoc videatur esse, quod in interiore parte mundum papyrum usui, sed frutescens generis. Ita plane & Rigaltianus, nisi quod habet mundi pro mundum. Totum hunc locum sic restituit, & distinguit Salmasius. Et mapalia sua Mauri tegunt. pro maximoque æstimanti hoc videatur esse, quod in interiore parte mundum papyrum usui det. Frutescens generis sunt inter aquaticas, &c. Æstimanti, inquit, virtutes papyri hoc pro maximo videatur esse, quod interior ejus pars mundum papyrum usui det, hoc est mundi papyri usum præstet. Mapalia Punica lingua agrestres casæ dicuntur; sunt quasi rotundæ ut Cato ait. Virg. libr. 1. Georg.

— Et raris habitata mapalia tectis.

Necdum à recentioribus inventa planta quæ phleum fatis referat. Qui sagittalem pro phleo habent falluntur. Caret ἀθήλη pannicula; nec quod panniculæ loco habet, rubet.

Ἀθήλω. Vox hæc varias habet significationes. Ἀθήλω in arundinibus Theoph. vocat lanuginem, comam, & panniculam. Ἀθήλη ergo lanosus flos, qualis in summa arundine per autumnum floret. Strabo plantam quandam sic vocare videtur. Libr. 5. τύφη τε καὶ πύπυρος ἀθήλητι πικρὴ κατὰ κομὴν ἔχεται πῶμοις εἰς τὴν ῥάμω. Dioscorides τύφης florem ἀθήλω vocari tradit. Theophrastus vero papyri alterius florem sic vocari ait. Quia autem ex hac candelæ fiebant, lychnos ἀθήλας vocari tradit Pollax lib. 10. ἡ μὲν τὴν κλομὴν ἢ λυχνίον ἀθήλη κάλατος.

ἢ ῥῶνται ὡς τὸ κρηῖον, vertunt, quo ad lixivium utuntur. Quod falsum pariter & absurdum. nisi quis lixivii utilem contendat, quod ejus caulibus subasperis fordida lintea fricarentur ac detergerentur. sed probandum, caulem habere asperum φ ἰα. dein, utrum ea quæ asperitate quid poliunt, vim lixivii habeant: quare maximi viri corrigunt, ὡς τὸ κρηῖον, id est, ad muros calce illinendos, sive deteriorio opere inducendos. Convolutis enim phlei ramis, fructu non detractō, muri calce diluta facile possunt illini. Scribunt alii, ἢ ῥῶνται ὡς τὸ κρηῖον, quo utuntur ad tectoria. Miscentes (inquiunt) videlicet (uti verisimile est) pappos sive lanuginem luteo aut calce, sicuti nunc iidem, pilis aliquis, fœnum aut consimile quiddam; ab his qui in operibus versantur tectoris adjicitur admisceturque, quo aut tenacius parietibus adhæreant, aut minus findantur disfrumpanturque, ex luteo illi, cratitii parietes.

Τούτο δὲ ἴσιν οἷον ἀλακρωτῶδες. Male in Aldino & Basiliensi ἀλακρωτῶδες. Scribe τούτο δὲ ἴσιν οἷον ἀλακρωτῶδες πιαλακρῶν ἢ ἀποπύρρον.

πλάσμα. Male in Aldino. πλόσμα. πλόσμον, textum quod & πύσμα dicitur. Suidas πλόσμον. τὸ πλόσμα ἐκ τρυχῶν. Theophrast. libr. 4. cap. 13. ὡς γὰρ τὰ πλόσματα χρησιμώτατα ὁ ὀλόχου. Plin. lib. 21. cap. 18. utilisissimus ad vitilia holoschœnus.

τύφη, &c. Scribe τύφη. Typha enim frumenti genus. De typha agit libr. 8. cap. 1. supra. Lib. 1. cap. 9. πύφω πολύρριζον dixit. Τύφω hoc capite negat πολύρριζον. Hefychius, πύφω αἰ ὀλόχου. τύφω αἰ εὐ τοῖς ἴλιον. Ita locus iste legi debet. Omnes Græci aquaticam plantam τύφω per ἰ frumentaceam per ἰ scribunt. Typha, id est avena. (alii far exponunt, vide cap. 1. libr. 8.) typha quod in aquis nascitur. τύφα dicitur à cylindri forma turbinataque florum effigie, quasi Typhonis sese gyrantis turbinem, aut gigantis minacem staturam signaret. Vel τύφη ὡς τὸ πύφω τύφω dicitur, quod pannicula sive ἀθήλη arida, exucca, torrida, adusta videatur. Hefychius, τύφω, μαλακίον, ἡσυχὴ ἐκκαίον, χαλκὸς φλογὸς καπνὸς εἶναι. Idem τύφω καίον, καπνίζον, φλόγιον. Dioscorides typhā lib. 3. cap. 133. his fere verbis describit. τύφη φύλλον αἰθισι κυπερίδι ἴμοιον καυλὸν λεῖον (Ald. in noth. ἰ δὲ κρηῖον; quam vocem reddidit Ruellius, spuria est, quæque deleri debet. nullus codex in quo reperitur, nec Oribasius aliam quam vulgaram secutus est lectionem; sed typhæ caulis albus non est, sed viridis) ὁμαλὸν, ἐπ' ἀκρῶν ἀεικείδρον ἀθῆος πυκνὸν ἐκκαπνίζον (pro ἀεικείδρον alter codex habet ἀεικείδρον) ὁ καλοῦσθαι αἰθισίον (alt. θήλω) φύλλον δὲ εὐ ἔλασι καὶ ὑδραστῆσιμοις τίμοις. Typha folium profert cyperidi simile, caulem levem & æquabilem, quem in cacumine flos ambit densus, qui que in pappos solvitur, eum aliqui ἀθήλω, hoc est, panniculā nominant. gignitur autem in paludibus & aquis stagnantibus. Si folium cyperidi simile, qua ratione tradit Theophrastus huic folium nullum esse? An dicendum, aliam typham Theophrastum, aliam describere Dioscoridem. parum hoc verisimile. Typham foliis carere falsum est, sed corruptus Theophrasti codex. Malè legitur ἀφύλλον, rectè Clariss. Dalecampius ἀφύλλω legendum censet. Ἀφύλλω quod flos teres, & tornatæ clavæ similis conficiatur, nullis foliis reliquorum modo stipatus. Ὀμάλου voce, æquabilem simul & eodem caulem significavit Dioscorides. Nam & Theophrastus libr. 1. cap. 8. scribit, ἡ δὲ τύφη ἐστὶν ἰσὶν ἰλίον, ἢ λιμενίον, ὁμοίως ἐστὶν ἀφύλλω καὶ ὁμοίως ἢ κατὰ τὸν ἴον. Typha & quædam palustris aut lacustris, similiter nullo intercedente nodo aqualis sunt veluti juncus. Palustri typhæ folia ab imo prodeunt alterno situ cari-

Typha.



nata, mucronata, oblonga, angusta dorso eminentiore triangula, cyperidi satis similia; caulis inter ea exit rectus, altus, interdum homine procero procerior, teres, glaber

glaber, lævisque & enodis, non inanis, cui summo cacumine primum tenuis gignitur spica, muscosos flores proferens, qua marcescente ac decidete pannicula relinquitur, densa compactaque lanugine stipata, pollicis crassitudine, palmo non raro longior, clavae rotundae similitudine, nigricantis puniceae ac obscuri coloris, in pappo tandem evanescens: radices crassae, geniculatae, candidae, sapore dulces. Locis palustribus, in stagnantibus aquis, & juxta laxorum fluviolorum ripas exit. Julio & Augusto panniculae vigent, flosculorum spica jam arida ac evanida. Restant subinde panniculae ad alterius anni aestatem, atque tunc non raro pediculi in ipsa pannicularum lanugine nati reperiuntur, quod admiratione haud caret. (ut recte monet Dodonaeus) Cum enim caulis tunc omnino sit aridus, & lanugo adeo ficca, ut vento abripiatur, animalcula hujuscemodi sub lanugine ista gigni ac vivere posse, mirum est. Ventis abrepta lanugo colligitur à mulierculis tomaclariis, & renibus, aestuantibusque lumbis haud parum commodi adferunt pulvilli torique; eadem facti. Caulem cum spica Belgae *listjodden* / *donjen* vocant, quod lanugo ejus in aures incidens, surdos efficit. Eadem de causa Italicae *marra sorda* dicitur. Galli *masses* appellunt, & apposite quidem, ut inquit Ruellius. Galliae rura *massas* dixerunt, quod scepra regum, *massas* vulgo dicitur, perpolitus caulis lanosa floccorum densitate summam fastigiatus aemuletur. Typham, quam Dioscorides delineavit, negat à Theophrasto descriptam, idque quod folia ferat. Codex corruptus erroris est causa. Nam non *αφύλλον*, sed, ut dictum, *αφύλλωθης* scribendum. *Φύλλον* esse contendunt. Nigricans, non subrubra huic pannicula. Folia typhae quando caulē non promit, ad tegetes & storeas, quas *matras* vulgo vocant, contendas utilia fore tradunt; ubi vero caulem promit, inutilia. Describitur aliud Typhae genus ab Adversariorum auctoribus, quod magnitudine à vulgari differt; multo enim typha illa minor est quam vulgare; aliam clava gracili observavit Clusius.

Η δὲ ῥίζα τοῦ κυπεύου, &c. Vetustissimi Graeci *κύπεον* semper dicunt, Theophrastus, Theocritus, alique: medii vero aevi Graeci, *κύπεον* maluerunt scribere. Sic ubique apud Dioscoridem in antiquis codicibus. & Galenum legitur, infima vero Graecia antiquissimi sequitur. Cassianus Bassus lib. 2. cap. 5. *κύπεον* ἢ πῦρε ζεῖον, &c. Helychius. *κύπεον* αἰθερῶν ἰσχυρῶν ἰσχυρῶν. *κύπεον* (utrumque dixerunt Graeci antiquissimi) φυτόν δ' ἐστὶν ἰσχυρῶν; quod mox examinabatur. Idē πῦρε, *κύπεον*, ὅπως τοῦ Σιμυμίου ἢ πῦρε, ἀπὸ τοῦ Σιμυμίου εἶναι. *stratum dejectumque cyperum dixit Summia, quod beverba sit humilis*. Utrumque imitantur Latini. Marcellus *κύπεον* secunda brevi extulit.

Cyperum, ladanum, sagapenumque & tragachantum, Scammoniam, cyperon, malabathron & ammoniacum.

Poeta *κύπεον*, ait secunda longa.

— Et molle cyperum.

Apud Varronem in neutro genere libr. 3. cap. 16. legitur. Si pabulum naturale non est, ea oportet dominum serere, quae maxime sequuntur apes, ea sunt rosa, serpyllum, apiastrum, papaver, faba, lens, pisum, cyperum, medica, & maxime cythysum. In antiquissimo codice paulo aliter haec leguntur, & melius distincta & interpuncta, & pro cypero ocymum scriptum est. Si pabulum naturale non est: ea oportet dominum serere, quae maxime sequuntur apes: ea sunt rosa, serpyllum, apiastrum, papaver, faba, lens, pisum, ocymum, medica, maxime cythysum. In editione anni 1623. cui Scaligeri & aliarum additae sunt annotationes, utramque habetur. *serpyllum apiastrum, papaver, faba, lens, pisum, ocymum, cyperum* (ita scriptum est) *medica, maxime cythysum*. Neutrum à Columella commendatur. hic origanum laudat, cujus apud Varronē non fit mentio. Origanum apibus gravior, quam ocymum vel cyperus. Latini, ut dixi, & *κύπεον* & *κύπεον* legerunt, & pro eadem acceperunt herba. Contra Plinius diversas putavit herbas, in quo, ut supra lib. 1. cap. 10. dixi, fallitur. Lib. 21. cap. 18. Quidam etiamnum unum genus faciunt junci trianguli, cyperon vocant: Multi vero non discernunt à cypero vicinitate nominis. Nos distinguemus utrumque. *Cyperus est gladiolus, ut diximus, radice bulbosa, laudatissimus in insulis Cretae, dein Naxo, & postea in Phoenice. Cretico candor, odorque vicinior nardo; Naxio acrior, Phoenicio exiguum spirans, nullus Aegyptio nam & ibi nascitur, &c. Vnum, inquit, genus faciunt junci triangularis; quod junco similem, sed triangulum gerat caulem; quanquam non raro quadrangulum ostendat. Ideo Cellus lib. 3. cap. 16. costum, jun-*

Ὁ ἢ περιός, & συμπολητής μικρὸν δὲ. Sic enim legendum. Est verò hæc arundo, sive calamus etiam sagittalis. Vocatur τὰς à Dioscoride. Basileæ internodium vidi in ædibus Doctōris Theodori medici & Philosophi eruditissimi. Observavi medulla plurima repleri, minimum fungosa: totamque compactam & solidam esse. Lætus ejus ut lignei baculi. Ejus generis fuisse credo, quæ Servatoris caput feriebant. Sic enim Matrb. Evangelii cap. 27. ἔλαβον τὸν κλάμον, καὶ ἔτυπον εἰς τὸ κεφάλαιον αὐτοῦ. Typhæ perquam levior percussio: sed scriptri instar panniculæ. Vtram voles, nihil impedit religio. Ex hoc loco dixit Plinius, Est alius crassiore ligno, & tenui foramine (debuisset intus apponere τῆς Καρκαίσις ἕνεκα) Hunc totum fungosa replet medulla. Ergo noster Plinius, maior erit: qui igitur τὰς ἢ περιός καὶ μικρὸν δὲ συμπολητής.

Δόναι. Donax, & arundo Cypria Plinius. Est Latinorū canna, quæ est arundo degener graciliorque; si comparetur, Columella, palustrem, longam, crassam, tremulamque vocavit Ovidius, apud quem fistula septem canis compacta. Nos vocamus vulgò canne, & cane. Ex ea mulierum colas. Habes de cannetis apud Palladium, ut de arundineque eis apud alios.

Διαφεί. Plinius, Quoniam & hæc differentia est, multum prælata arundine quæ in ficcis proveniat. In quo diversus abit à Theophrasti sensu verbi ambiguitate deceptus, non perpensio contextu verborum. Nec enim scriptum, τὸ εἰς τοῖς ὕδασι φουμίσι.

Αὐτός ἢ. lego καυλός ἢ. Infra leges, σκίψαδς ἢ ἕρῃ τοῦ. Ἐπιζών. Hæc est arundo obliqua Plinii, quam (nisi mendosus codex) Elegiam vocari tradit. Οὐ λοχμαίσι. In Crispini Lexico hic locus exponitur. Vide Λοχμός.

Ἀκκίσιλο. Examines Plinium ubi de Indicis loquitur. metuo ne quid ex hoc loco illis affixerit. non levis suspitio, si confesas singula. Et notabis eas arundines Indicas, non illas esse de quibus lib. 2. cap. 11. ut ostendam quum de calamo aromatico dicitur.

Παντός. melius πάντων, quàm παντός.

IOANNIS BODÆI A STAPEL NOTÆ ET COMMENTARIUS.

Τὸ δὲ κλάμου. Κάλαμος dicitur ὡς κλάος ἀμύνει, quod pulchre demetatur arundo, ut Isidorus lib. 12. originum scriptum reliquit, quod cito arefcat. corticem calami, ἀεικλαμίην, Galenus vocari tradit lib. 1. κατὰ τὸ πρῶτον cap. 1. circa finem. εἰ ἢ τὸ παρῶν, ἢ μὲ ἀεικλαμίην φλοιὸν κλάμου νομίζομεν εἰρηδν — πηρὸν οὐδ' εἶν, ἐπιζῶν ἀεικίται τὸ κλάμου ὁ φλοιὸς ἀεικλαμίην αὐτὴν εἰρηδν. In præfens autem pericalamitidem, calami corticem dici putamus — quapropter credibile est, quoniam cortex calamo circumadheret pericalamitin ipsum appellari. Magnas olim præstitit utilitates arundo, vel, ut alii scribunt, harundo. Plinius idcirco inter aquaticas principatum tribuit arundini in lib. 16. cap. 36. Interea quæ frigidis gaudent, & aquaticos frutices dixisse conveniat. Principatum in his tenebunt harundines, belli pacisque experimentis necessariae, atque etiam deliciis gratæ. tegulo earum domus suas septentrionales populi operiunt, durantq; ævis tecta alta. & in reliquo vero orbe cameras levissimè suspendunt; chartisque serviunt calami, Ægyptii maximè, cognatione quadam papiri; probatior tamen Gnidii, & qui in Asia, circa Anaiticum lacum nascuntur. Sc. Belli, inquit, pacisque experimentis necessariae, Sc. Belli scilicet ad jacula, de quibus infra plura. Pacis, ad scribendum, in deliciis tibiarium præstabat usum. De fistulis ex calamo factis plura infra dicuntur. hodie etiamnum rustici tegunt domus suas arundine, & ut Plinius ait, tecta illa ævis durant. Arundo idcirco Plauto in Milite dicitur pannicula tectoria.

Cujus tu legiones difflavisti spiritu? Quasi ventus folia aut panniculam tectoriam.

Idem in Rudente.

Quin tu in paludem is, exigisque harundines, Qui pertegamus villam, dum sudum est.

Pannicula ergo tectoria harundo levissima, qua integuntur villaticæ domus. Eodem capite Plinius, Cæterum gracilitas nodis distincta, levi fastigio tenuatur in cacumine crassiore panniculæ coma, neq; hæc supervacua. Non tantum septentrionales populi domus arundine tegebant, sed etiam Lydiæ id faciebant incolæ. Herodotus in Terpichore five lib. 5. Τὸ δὲ μὴ λεηλατῆσαι ἰδόντες σφίσι τὸ πόνον, ἴσθη τὸδε. ἴσθη εἰ τῆσι Σάροισι οἰκίαι, αἱ μὲν παλαιὸν καλὰ μίται, ὅσαι δὲ αὐτίαν, καὶ πλὴν διναί, ἴσθη κλάμου εἶχον πρὸς ὀρθάς.

τυπῶν δὲ μέλι τῶν πρὸς τρωπῶν ὡς ἐπίσθησι. αὐτίαν ἀπ' οἰκίης εἰς οἰκίαν ἴον τὸ πῦρ, ἐπιζῶν τὸ αἶμα ἄπαν. Ne autem urbem hanc à se (Ionibus) captam deriperet hoc obstitit. Erant Sardibus domus pleræque arundinaceæ: quæ autem lateritiæ, tamen ex arundinibus lacunaria habebant. Harum unam quidam è militibus quum incendisset, repente ignis è domo in domum elapsus totam urbem absumpsit. Camera à Latinis fornix, & tectudo appellatur; arcus ædificium sustinens, tectumque devexum & incurvatum. Ex arundine cameræ forniceque pergularum quam levissimi & minimè onerosi fiebant. Sequitur, chartisque serviunt calami, id est, calamis scribebant veteres. Horat. lib. 2. epist.

Et prius orto

Sole, vigil calamum, & chartas, & scriinia posco.

Perfius Satius 3.

Iam liber, & bicolor positis membrana capillis Inque manus chartæ nodosaque venit arundo. Tunc querimus, crassus calamo quod pendeat humor, Nigra quod infusa vaneat sepia lymphæ: Dilutas querimus geminet quod fistula guttas.

Juvenilis socordiae effecta describit; nempe alienus à studiis litterarum animus, cujus varios prætextus, & accusationes ex adjunctis calami, chartæ & atramenti exquirat; atramentum nimis spissum esse, calamum non bene politum, aptum ac ornatum, id est, ut vulgo loquimur, pennam non bene taliatam esse; atramentum nimis dilutū, &c. Non omnem ad scribendum calamum laudabant veteres, sed, ut Plinius ait, Ægyptiacum & Gnidium, quique circa Anaiticum lacum nascitur. Gnidia urbs insignis in extremo cornu peninsulae Cariae adherentis sita, Veneris templo & simulachro à Praxitele sculpto in primis nobilis. Anaiticus lacus vicinus Anoeæ urbi Cariae. Anaitidis Dianæ apud Lydios, ut Pausanias refert, templum est. Miloticum tamen calamum præ cæteris laudabant veteres. Mart. lib. 14. epig. 36.

Dat chartis habiles calamos Memphisica tellus: Texantur reliqua tecta palude tibi.

Miloticum calamus celebratur Apuleio lib. 1. Met. Papyrus Ægyptiam argutia Nilotici, calami inscriptum. Nec

Nec omne calami genus ad scribendum æque aptum. συργγίω fistulosam laudat Diosc. lib. 1. cap. 114. eis βιβλιογραφίαν ἐπιπέδους. Calami quibus scribebant veteres in medio fissi erant, & duos apices ostendebant, ut pennæ quibus scribimus. Rectè ergo tradit Plin. inter aquaticas plantas principatû obtinere arundinē. Hac fluvijs fluminæq; coronabant veteres. Dion Chrysostomus. Orat. de reg. Οἶον ποταμούς καὶ ἀμεινίους γυμνοὺς τὸ πλεόν. γίνετον καὶ κρηναίαι μιν ἀμεινίαι ἢ καλὰ μιν ἐσφραγισμένους. Vt fluvijs jacētes nudos, cana barba, multumq; promissa myrica aut arundine coronatos. Hac ipsa corona Virg. lib. 10. Æneid. donat Mincium.

Quos patre Benaco velatus arundine glauca Mincius infesta ducebat in æquora pinu.

Hylan lacum Bithyniæ Valerius Flaccus redimit calamo lib. 1. Argon.

— Subita cur pulcher arundine crineis Velat Hylas? unde urna humeris, niveosque per artus Cæruleæ vestes?

Idem Poëta Peucon gestare coronam ex arundine lib. 6. Argon scribit.

Labitur in tortos per tempora cœrula crineis Tunc quoque materna velatus tempora Peucon.

Salmonensis Poëta libr. 9. Metamorph. Calydonium amnem, arundinea cingit corona;

— Cum sic Calydonius amnis Cæpit inornatos redimtus arundine crineis.

Virgilius Tybrim hac ipsa coronat.

— Cum tenuis glauco velabat amictu Carbasus, & crineis umbrosa tegebat arundo.

Non tantum fluvijs, sed ipsos homines arundine coronatos legimus. Tradit Athenæus ex Sosibii auctoritate, Lacedæmonios festis promachiorum diebus calamo redimiri solitos. Athen. lib. 15. ἐν ταύτῃ συμβαίνει τοῖς μὲν δὸν τῆς χόρης καλὰ μιν ἐσφραγισμένους, ἢ ἢν ἄλλοι κορονοῦνται ἀρουνδίνῃ vernacula. Doctiss. philologi vernaculam arundinem illam dici putant, quæ non est odorata, aut dulcis. Nam arundinis odorata meminit Cæsar Constantinus (libro sexto, cap. sept.) & dulcis ejus quæ in Ægypto nascitur locis palustribus Theophrastus. Vulgaris arundo, ut infra docebo, à dulci neutiquam diverfa. An vernaculam, five δὸν τῆς χόρης arundinem vocat Sofybius, quam Theophr. verficoleorem? An vulgatam intelligit toti Græciæ familiarem? Atticam juventutē quæ Academiam frequentabat, arundine coronatam tradit Aristophanes in Nubibus, ἀπὸ τῆς Ἀκαδημαίων κρητῶν, τὰ δὲ τοῖς μοσχοῖς δὸν τρέφουσιν. Sed in Academiam ubi descenderis, sub oleis spaciaberis, ἐσφραγισμένους καλὰ μιν ἰσοκῆν τῆς σὺ φραγμῆς ἡλικιωτῶν, redimtus arundine alba cum æquali temperato. Apollini quoque grata perhibetur arundinacea corona. Aristophanes, in Ranis.

Προσπετέρπετα δ' ὁ Φορμικτὸς Ἀπόλλων Ἐνεκα δόνακ' ὃν ἰσολύεον Ἐνυδρον ἐν λίμναις τρέφω.

Delectatur autem Lyristes Apollo Propter arundinem quam ego lyra aptam Alo in paludibus.

Δύο φασὶν εἶναι γένη, &c. Arundinem dividit in duo summa genera, tibialem & alteram, quam in plures deinde subdividit species. Dioscorides lib. 1. cap. 114. quinque arundinum recenset genera. Plura Plinius lib. 16. c. 36. libr. 26. cap. 11. viginti novem genera se monstrasse monet. Inter hæc recenset aromaticum calamum, de quo lib. 9. Theophrastus. Ad recentiorum cognitionem tot genera non pervenerunt.

Διαφέρειν ἀλλήλων ἰσχυρὴ καὶ λεπτότη, &c. Vertit Gaza; sed inter sese firmitate, crassitate, tenuitate & exilitate differunt. Ex qua versione, tum ex ipso contextu perspicere licet, emendatius hæc sic legi posse, Διαφέρειν δὲ ἀλλήλων παχύτητι καὶ λεπτότητι, καὶ ἰσχυρῆ καὶ ἀδυνείῃ. Id est, differre inter sese crassitudine, tenuitate, robore, & debilitate.

Πλοτίμιον. Plotiam Plinius lib. 16. cap. 36. Characiam vocabant crassiolem firmioremque, plotiam vero subtiliorem. Hanc in insulis fluitantibus natam, illam in ripis exspatiatis lacus. Locus hic aut corruptus, aut vocom vicinitate deceptus Plinius, cum hanc arundinem nasci apud Theophrastum legisset, ἐπὶ τῶν πλωμάτων, id est, in insulis flui-

tantibus. Πλωμάτων vocavit quasi fluitantem, πλωματίον. Πλοτίμιον quod ex ejus folijs storeæ, tegetes, spiræ atque id genus alia fierent. Frustra ergo vir magnus πλωμάτων, vel πλωμάτων emendat. Fluitantem quandam arundinem in Bali insula nascentem describit auctor historiae Indiæ Orientalis parte tertia cap. 2. & 4. & parte quarta figura 10. pingitur.

Τὸν δὲ χαρακίαν. Verto characiam, Græca voce servata, duabus de causis. Prima, quod Plinius eam servavit; altera, quod Gaza χαρακίαν, vallatoriā verterit, cum Ruellius φραγματίω sic interpretatus sit. Ne igitur fiat error, præstat Græcam servare vocem. Sed video alios tradere φραγματίω Dioscoridis, & χαρακίαν Theophrasti eandem arundinem esse. Tantum etymon potest. Nam χαρακίαν idem quod φραγματίαν. Characias autem appellatur quod χείρως præbeat vineis, & pali perticæque ex eo fiant, ἰσχυρὴ καὶ παχὺν eam facit Theophrastus, ἐ contra Dioscorides λεπτὴ καὶ ἰσολύεον, quæ non concordant; & tamen idem φραγματίαν καὶ χαρακίαν. Quin tam χαρακίαν, quæ φραγματίαν vallatoria verti oporteat, nolo negare. Χείρως peculiariter vallum, quo castra muniti solent, vel sulcus terræ aratorio, aut fossorio instrumento excavatæ. Hesychius χαρακία ἀποσημασιμα, sustentaculū, pedamentum, vallum. χαρακίαι τὰ φραγμῆ καὶ ἀκαθάρτη φραγμῆ. καὶ ἡ καλὰ μιν. vallum, spinosa planta, & calamus. Pollux lib. 1. cap. 10. τὸ φραγματίον δὲ ὅτι ἰσχυρὸν καὶ παχὺν τὸν φραγματίον, χαρακίαν, ἀρουνδίνῃ λέγεται. αἱ δὲ τῆς τῆς ἀρουνδίνης, ἰσολύεον. Observandum quod χαρακίαν in masculino genere, vallum in castro, & bello significet, in feminino vero genere ponatur pro firmiore palo, cui vitis alligatur. Pedamentum dicunt Latini, & statumen, φραγματίον sepimentum, septum, maceria, vallum, agger, dentium ordo ac feriens. Pollux libr. 2. καὶ συμπίπτει τὸ πᾶν ἐδόντων εἶδος, φραγματίον. Hesychius, φραγματίον, φραγματίον ἢ καὶ ὀνόμα. φραγματίον, itaque & χαρακίαν, eandem ferè habent significationem. De phraginte hæc Dioscorides. καὶ ἔπι τοῖς φραγματίον, λεπτὴ, ἰσολύεον, πᾶσι γινώσκουσι (alter codex, ἰσολύεον καὶ λεπτὴ). Est alia phragmites gracilior, candidans, vulgo nota. Cæterum φραγματίον, hanc vocavit Dioscorides, non quod castris muniendis idonea sit, vel quod firmioris pali vicem obtineat; sed quod ad sepimenta apta sit, & ad operiendas domos utilis. Contra χαρακίαν dicta, quod

Phragmites.



pali vicem præstaret. Hæc crassa & valida sit oportet, illa tenuis & debilis, quæque facile flecti potest. Phragmitem tenuem esse arundinem, non tantum ex Dioscoride, sed ex antiquissimo probatur Hippocrate. Hic libro de Hæmorrhoidibus, ad fluxum compescendum hæmorrhoidū scribit, κουσῆσαι καὶ πύσσειν οἶον καλὰ μιν φραγματίον, σιδήρον ἢ ἐπαρμύσσει καλὰς ἀρμύζων. ἔπι τοῖς τῶν αὐλοσίων εὐθις ἐς τὴν R r 4

is τῶν ἰδίων. Ἀφ' αὐτῶν τὸ σιδήριον καὶ θύρα. καὶ πικρὰ ἐξαιρίων, ἵνα
 μᾶλλον ἀνέχεται φερμασίον. καὶ οὐτὶ ἐλατῶ. ἔχει ὑπὸ τῆς φερμα-
 σίως, ὅρα καὶ ἐξαιρίων καὶ φλίβια. *Cauterium parare oportet
 in modum parvæ arundinis vallatoriae (phragmitem vocant)*
 Et in ipsum ferramentum probe congruens accommodare, de-
 inde immissa in sedem fistula, candens ferramentum in eam
 demittere, crebroque eximere, quo magis colorem toleret, ne-
 que ulcus ex calore contrahat Et venula exsiccatæ consanescant.
 καυτήρα legi in omnibus exemplaribus publicatis, ut
 & Italica manuscripta ex Calvi versione probat Doctiff.
 Fœsius. Idem norat, in quibusdā regiis (Gallicis) καυτήρα
 scribi, ut apud Galenū in exegefi; qui καυτήρα exponit χαλ-
 κρον καλαμίσρον πικρὸν πηκτικόν καὶ πικρὸν, δι' ἃ καίεν ἐν καυ-
 τηρίδιον Ἀφ' αὐτῶν καὶ θύρα. Sic legendum existimat idem Fœ-
 sius; ut indicet Galenus, æneum quendam parvum cala-
 mum in fundo perforatum, per quem immisso candenti
 ferramento ustio fit. Malè ergo vir magnus legit, καυτήρα
 malè in omnibus codicibus pro φραγμασίον legitur φαρμα-
 σίον. Arundo ergo phragmites tenuis & cava. Hanc
 Græci barbari βούλεριν vocarunt. Neophytus, καλαμῶ
 φραγμασίος ὁ βούλεριν. Phragmites arundo ea cujus imagi-
 nem apposimus; vulgaris & cognita multos profert cul-
 mos, crassiores quidem quam ullius vulgaris frumenti,
 sed tenuiores, quam multarum aliarum arundinum; inane-
 nes genicularos, candicantes, præsertim cum aruerunt,
 interiore parte membrana tenui subinctos. Folia longa,
 lata, aspera; ex summo caulis effusa exit juba, mollis ac
 veluti lanuginosa; radices subfunt longæ, numerosæ, ge-
 niculatae, late serpentes. Ad domos hæc arundo ope-
 riendas utilis, sepimentis perquam idonea. Instrumentum
 per quod ferrum candens in anū mitti vult Hippocrates,
 hac arundine crassior nec tenuior esse debet.

Κάμυτος, &c. Quid κάμυτος sit ipse Theophrastus hic
 docet. Comys, inquit vocant, ubi acervata arundo imple-
 xaque mutua radicum conjunctione est. Κάμυτος Theocrito
 fasciculum eidyl. 8.

Καὶ μαλακῶ χόρτιον καλῶν κάμυτοι δίδωμι.

Et mollis fœni pulchrum fasciculum præbeo.

Scholias. κάμυτος ἢ δίσκη, ἢ τριπλὸν δίσκηον ἢ κάμυτος, δίσκη
 χόρτιον ἰκανὴ εἰς τὸ φθῶν. Κάμυτος, Plinius in ripis exspatiantis
 lacus interpretatus est. Characiam vocabant cras-
 siorem firmioremque, plotiam vero subtiliorem; hanc
 in infulis fluitantibus natam, illam in ripis exspatiantis la-
 cus. Ignoravit Plinius quid significaret vox κάμυτος. Porro
 non tantum arundinis genus χαρακίως dicitur, sed etiam
 tithymali quoddam genus sic nuncupatur. Idem & κάμυ-
 τος vocatur. Dioscorides libr. 4. πημάλου εἶδη ἔσ' αὖν ὁ μὲν
 ἀρρὸν χαρακίως καλεῖται, ὑπὸ δὲ πρὸν κάμυτος. Lego corruptè
 κάμυτος legitur. An κάμυτος, quod instar arundinis implexa
 mutua radicum conjunctione nascitur? an quod ad fasci-
 culos apta? Vide libr. 9.

Γίνονται ἢ ὅταν ἐπομβρίας, &c. Hunc locum non satis felici-
 ter vertit Gaza, (vide Doctiff. Scaligeri annotationes) nec mentem
 Theophrasti satis percepit Plinius, cum lib.
 16. c. 36. scribit, Tertia arundo est tibialis calami, quem
 auleticon dicebant. Nono hic anno nascebatur. Nam Et lacus
 incrementa hoc temporis spatio servabat, prodigiosus si
 quando amplitudinem biennio extendisset: quod notatum
 apud Cheroniam infausto Atheniensi prelio, Et apud La-
 badiā sepe notatur influente Cephisso. Cum igitur anno per-
 mansit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque ampli-
 tudinem, vocabantur zeugite. Contra Bombyciæ maturius
 reciproco, graciles fœminarum latiore folio atque candidiore,
 modica lanugine aut omnino nulla, spadonum nomine in-
 signibus. Hæc nec satis sana, nec ex mente Theophrasti.
 In antiquo codice legitur. Tertia harundo est tibialis calami —
 quod notatum apud Cheroniam infausto Atheniensi
 prelio, Et apud Labaida sepe notatur influente Cephisso.
 In optimo Ithuanæ Bibliothecæ libro, à quo cæteri pa-
 rum dissentiunt Et labaida legebat quondam Clarif-
 simus Salmasius: quod notatum apud Cheroniam infausto
 Atheniensi exitu, Et sepe, Copaida vocatur influente
 Cephisso. Ut dicat Orchomenium illum lacum Copaidem
 vocari, in quem influit Cephissus. Et verum quidem,
 inquit vir Clarissimus, καπαΐδα λίμνην appellari. Strabo,
 δηλοῖ ἢ καὶ ὁ κηφισὸς πρὸς ἀφῆσαι, τὴν καπαΐδα λίμνην πρὸν αὐτῶν. Et
 alibi dicit, Cephissum per Orchomenium agrum Et coroniam
 cum in Copaidem paludem influere. Olim quidem hic lacus
 qui maximus est eodem teste Strabone ab aditis urbibus va-
 ria cognomina sortiebatur, Et Haliartius, Et Orchomenium
 dicebatur; postea in nomen Copaidis totus concessit. Copai-
 da autem est Κοπαΐδα, ut Elida Ἴλις, Persida Περσὶς Et similia.
 Sed cum cogito Plinium ex Theophrasto totum illud sermè

de Harundinibus caput transscripsisse, magis inducor ut cen-
 seam scribendum ex eodem Theophrasto: Quod notatum apud
 Cheroniam infausto Atheniensi exitu. Pelecaniam
 vocatur, influente Cephisso. Ut sit sensus, eam partem la-
 cus, ubi optimi nascuntur auleatici calami, Pelicaniam vo-
 cari, qua parte etiam influit in paludem Cephissus. Theo-
 phrastus. Φύεται ἢ πλείον — τῆς λίμνης &c. Hactenus Sal-
 masius. Falsum est quod ait Plinius, nono anno renasci.
 Theophrastus eos errare scribit, qui tradunt, nono anno
 nasci, quoniam eo temporis intervallo lacus augebatur.
 Reprehendit idem Theophrastus eos qui lacum incre-
 menta hoc temporis spatio servare scribunt: nec prodigio-
 sum dicit, sed circa id tempus contigisse: nec utrum
 prælium faustum, an infaustum fuerit, refert. Pergit Plinius;
 Cum igitur anno permansit inundatio proficiunt in
 aucupatoriam, &c. Nec Plinius, nec Gaza, alique mag-
 ni viri mentem perceperunt Theophrasti; nec enim si anno,
 sed si biennio permansit inundatio, in eam amplitudi-
 nē, quæ requiritur proficere dicit. Φασὶ γὰρ καὶ δεκάτῃ — ἀδρῶ-
 νος, si in annum alterum permanserit inundatio. ἐπιπὼν ἑνικο-
 τῆς, annus est secundus qui proximū sequitur. Sic apud Hip-
 pocratem in Coacis cap. de facie, ἐπιπῶσι ἡμέρα, dies quæ
 proximum sequitur. ὡς σποπὸν ὅτι μετὰ ὄρου πεπινούμενοι, ἔφα-
 νη λειοτῆρ ἔσ' ἀδρῶν ἡμερῶν, καὶ πνεῦμα μαλακώτερον, καὶ λειοτέρων
 αἰσίων ἐστὶ τῶν ἐπιπῶσαν σημαίνει. Facies è tumescente residens,
 vox idem blandior atque mollior, tum spiritus rarior, atque
 facilius remissionem postridianam fere denuntiant. Idem
 libr. 5. epidemioῦ. τῆ ἢ ἐπιπῶση νυκτὶ ἢ νοῦτον ἐπιπῶσι, proxi-
 μῆ sequenti nocte, id est, altera secunda morbus invasit. Ga-
 lenus libr. 7. καὶ τόπος cap. 5. τῶν τῆ βελῶν ἐστὶ ἀρῶν ὑπερῶ
 βελῶν ἔσ' αὖν καὶ ἡμέραν. τῆ ἢ ἐπιπῶση μάλιστ' ἐστὶ τὸ φάρμακον.
 Hæc in vas vitreum coniecta per diem Et noctem macerari
 finito, sequenti die, id est postridie, pharmacum molli-
 to.

Euripides.

Ei σ' ἢ ἐπιπῶσι λαμπρὸς ὄψεσσι θεοῦ,
 Θανεί.

Quod Poëta Latinus vetus ita reddidit.

Si te secundo lumine heic offendero,
 Moriere.

Male ergo ἐπιπῶσι ἑνικοτῆς διηγεῖται, apud Platonem lib.
 de legibus exponunt, anno sequenti judicare. Immo an-
 no altero secundo judicare. Cæterum Theophrastus paulo
 ante scripserat, inundantem aquam biennium minimo
 residere debere, ut esset utilis calamus auleticus, si vero
 permansisset, eo meliorem esse docet. Quæ sequuntur,
 καὶ γίνονται τὸν μὲν ἀδρῶν ἡμέρῃς ζευγίτων, pessimè vertit Plinius.
 Proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem, vo-
 cabantur zeugite. contra bombyciæ maturius reciproco.
 Græcus auctor refert arundinem non bonam fieri τῆς
 ζευγίτων, tibiartum paribus, ubi non biennio integro aqua
 permansisset, sed maturius recessisset. additque, tantum
 βομῶντι utilem tum esse. Plinius καλαμοῦ ζευγίτων, aucupa-
 torium, hoc loco, vertit. Quod mirari satis nequeo, cum
 alibi τῆς ζευγίτων rectè reddiderit, de tibia utraque dextra &
 sinistra, deque armamentis tibiartum. In aucupio quod
 arundine perficiebatur, calamus calamo jungebatur &
 componebatur, ut sensim cresceret, donec alitis ejus quæ
 captabatur, alas viscum tangeret. Bion eidyll. 2.

Ὡς δ' ἐβόασε,

Χαίρων ὄνεκα δὴ μέγα φαίνεται ὄρνεον αὐτῶν
 Τῶς καλάμωσ' ἅμα πάντας ἐπ' ἀλλάλοισι συνα-
 πίων.
 Τῶ καὶ τῶ τὸν Ἐρωτῆ μετὰ λίμνον ἀμφεδόκωσεν.

Ut igitur animadvertit

Gaudens (quoniam avis ei permagna videbatur)
 Calamos simul omnes inter se conjungens,
 Huc illuc transilientem observabat amorem.

Petronius, textis arundinibus aves captabamus. Hoc
 genus aucupii arundo crescens vocabatur. Martialis sub
 lemmate aucupatorii calami.

Non tantum calamis, sed cantu vincitur ales
 Callida, dum tacita crescit harundo manu.

Ζευγίτων, &c. Gaza armamentariam vertit. Zeugites
 non omnibus armamentis aptus, sed solis ζευγίτων tibiartum
 paribus,

paribus. Ζυγός tibiaram par dextra & sinistra simul junctae, simul inflatae. Ζορυγίος dicebatur, quod ex uno internodio binæ tibiæ dextra & sinistra, quod est tibiaram, ζυγός, compingerentur. Ζορυγίω enim dicebant eam, quæ crassitie & longitudine ad compingenda duarum tibiaram paria & conjugia, τὴν ζυγῶν, idonea & apta foret. Ideo τὴν ζορυγίω jugalem interpretandum esse, docet Dalecampius. Idem ob alias rationes jugalem potius Latine nominandam censet. Vel, quod ea vites in jugum alligarentur; quam nec tendæ vitis rationem docet Columella lib. 4. cap. 17. *Perticæ jugum firmissimæ faciunt, minusque operosum, arundines pluribus operis jungantur, quoniam & pluribus locis necuntur.* Hæc aliter in antiquo leguntur codice. Extremis verbis capitis scriptum est. *Cujus unus palmes atque idem paucorum oculorum erit relinquentur.* Sequitur, *Perticæ jugum fortius, minusque onerosum est.* Item sequitur cap. 18. *cujus titulus; quomodo ex arundinibus jugum faciendū, & initium capitis, Arundines pluribus operis jungantur: quoniam & pluribus locis necuntur.* Vulgata præstat. Ad hunc usum etiam arundineta in Italia potissimum culta fuisse, scribit Plinius, lib. 16. c. 36. *Harundinis Italica usus ad vineas maximè. Cato feri eam jubet humidis agris.* Vide Varronem, cap. 8. libr. 1. de re rust. Vel ζορυγίος dicitur, ut eidem placet Dalecampio, quod ex ejus internodiis conjugatis compingeretur septenis, ut ait Ovid. *fistula cannis.* Ζυγῶν namque vocabant antiqui conjuncta arundinum paria, & μεσογύγια fabricandis musicis instrumentis idonea. Vel, ζορυγίος vocabatur, quod ad nuptiales five conjugales tibiās esset accommodata. Apulejus libr. 4. alini, nuptiales tibiās vocat zygiās; quasi jugales, sicut Iunonem zygiām jugām, five jugalem vocant,

Cui vincla jugalia curæ,

Ut loquitur Pœta. Illud tamen scire oportet, veteres ζυγῶν five ζορυγίος appellasse τὸν ἐρβῶν βοήχου, id est, laqueos ad capiendas aviculas destinatos; eosdemque, ut supra dixi, calamis & amite in aucupiis usos fuisse, versiculo illo Martialis indicante,

Galbula decipitur calamis, & retibus ales.

Βομβοκίαι, &c. Bombyciam vocabant arundinem, vel quod ex eo bombyces, genus quoddam tibiæ, fierent; vel, quod ob strigofam maciem tibia dignum sonum non ederet, sed bombum tantum, vel quod bombycius insectis corporis exilitate, & strigofa habitu arundo hæc similis sit. Postremum non satis arridet, quod auctor Libelli *αὐτὴ ἀνοσπῶν* tradat, longissimum tibiæ genus esse βομβοκίαι. ἢ ὅτι ἐρβῶν λαμαρῶν ἰσὺ ὅτιαν ἢ καὶ σπῆν, χαλεπαῖς αὐτῶν πτυσσῶσιν ἐξὺ πῶν φωνῶν & καὶ βίαις πολλῆς, ἀλτὶ τὸ μέγεθος τῆς βῶμῆμα τῶ φωνῆς. Φωνῆσιν δὲ ἐστὶ πάντι τὸ πῶν τοσὺν τεραχέλους ἔχοντα μακροῦσιν. Φῆν γὰρ τῆς βίαιας οἷον οἱ χῆνις & γίαντοι & ἀλεκτροῦσι. μάλλον ὃ πύτο κατεφῶνις ἐστὶ ἐπὶ πῶν αὐτῶν. πάντις τὸ χαλεπαῖς ὄλησθῶσι τὸν βομβοκίαι, καὶ ἐστὶ συντοκίαις πολλῆς ἀλτὶ τὸ μέγεθος τῆς δόσης. Arteria vero si longa fuerit & arcata, difficulter emittunt extra vocem, & vi multa, ob longitudinem latioris ipsius spiritus. manifestum vero est. Omnia enim quæ longa habent colla, sonant violenter, veluti anates, grues & galli. magis vero id perspicuum in ipsis. omnes enim difficulter implent bombyces, & cum distentione multa, ob longitudinem substantiæ. Bombyciam arundinē putant, quam fœminā vocat Dioscorides. Nobis contra videtur, alteram arundinem, quam fœminā vocat Dioscorides, esse eandem quam & Theophrastus fœminā vocat.

Ἐπιερβία. Corruptus codex; Doctiff. Gaza legit ac corrigi; τῆ ἀπὸ ἐρβία πρὶ τῆς φύσεως. ἀπὸ ἀρβίαισιν τὸ ἐρβίαι & ἀσαρκώσιν, καὶ ὁλως. Sed male. Scribe, ut in Aldino & Basiliensi codicibus, ἀπὸ ἐρβία πρὶ τῆν φύσιν. ἀπὸ ἀρβίαισιν τὸ ἐρβίαι καὶ ἀσαρκώσιν, καὶ ὁλως. Nihil vulgatā lectione ineptius. Alimenti copia, nec inane quid nec gracile reddit, sed plenum & carnosum. Plinium ita legisse palam est; *Graciles fœminarum; latiore folio atque candidiore, modica lanugine: aut omnino nulla, spadonum nomine insignibus.* Corruptus Plinii codex; scribe ac distingue; *Gracilibus fœminarum, latiore folio atque candidiore, modica lanugine: aut omnino nulla, spadonum nomine insignibus.* Spadonum nomine insignibus; puta quæ omni carent lanugine; fœminarū vero nomine, quæ graciles sunt, & modicam habent lanæ mollitiæ ac hirsutiam. Hæc paulo aliter Theophrastus. Arundinem hic dividit in marem & fœminā. Ubi ad species & differentias venit, tibiālem à cæteris differre docet nutrimenti cujusdam nativi penuria; inanior enim & gracilior, facieque simillima fœminæ harundini; latius quippe foliū habet & candidius, minus etiam quam cæteræ lanuginis; aliam insuper reperiri arundinem, cui

nulla plane lanugo, quam αἰουρῶν vocant. Aldinam lectionem non tantum Plinius probat, sed ipse Theophrastus. Ad finem enim capitis, τῆσι δὲ ὁ ἄλλος τερπῶν. ὁ ὃ ἴσῆλος καὶ τὸ. *Mascula solida, fœmina inanis.* Non convenit ergo fœminæ ἀπληθῆσιν, sed ἀπληθῆσιν, inanior, Scribe etiam *πλατύτερον ἔχει*, non ἔχει, ut ediderunt.

Ἐξ ὧν ἀρβίαι μὲν φασὶ πῶν, &c. Hæc feliciter Gaza vertit, quam Plinius. *Hinc erant armamenta ad inclusos cantus, non filendo & reliquo cura miraculo, ut venia sit argento jam potius cani.* Græcus auctor ex specie speciem optimè fieri scribit, Latinus ex genere fieri genus; ex tibiāli nempe arundine tibiās confici; cum Theophrastus ex certa specie quam spadonem vocat Plinius, optima fingi tibiārum paria doceat. Aliud ζυγός in tibiās, aliud βομβοκίαι, quæ & ipsæ tibiæ longiores. Armamenta ad inclusos cantus sunt tibiæ, inclusi cantus sunt tibiāles, inclusi scilicet tibiās, ad discrimen aptæ vocis, quæ cantus statim in aërem effundit, non instrumentis inclusis continet. Plinius Theophrastum non reddidit, cum *armamenta tibiārum, τὴν ζυγῶν* vertit. Nam βομβοκίαι non sunt tibiārum paria, & tamen armamenta quoque sunt, ad inclusos cantus: sed Græcos interpretatur, qui ἐπὶ τῆσιν αὐτῶν dixerunt de tibiās. Pindarus, ἠδυσπόσις ἐν ἱπποσιν αὐτῶν. ad quem locum Scholiastes, ἀλτὶ τὸ πῶν αὐτῶν ἐν τῆσιν ἰσοῦ τὸ φωνῶν. Ἐπιερβία sunt ἐρβία, καὶ ἐρβία. sic ad verbum ἐπὶ τῆσιν αὐτῶν, sunt armamenta, ad inclusos cantus. alii inclusos cantus dici volunt, qui in Theatris ac templis muro circumseptis, vel etiam in privatis ædibus personarent, non autem in aperto ederentur, veluti tubis & cornibus. Alii *inclusos* scriptum fuisse putant, pro *inchantis*; unde factum sit *inclusos*. Ennius de Coclyte, *Hic datus est occasus, Horatius inclutus saltu.* Nolo de voce ista multum contendere. Licenter Plinius, vel, quod mitius est, μεσοφορικῶς τὴν ζυγῶν, quæ erant in paribus geminisque tibiās compacta internodiā, armamenta ad inclusos vel inclutos cantus dixit; quod Gaza, ut supra notavimus, errandi præbuit occasionem. Plura de tibiās qui velit, legat Doctiff. Salmastii exercitationes Plinianæ. Verba Theophrasti in hunc verte sensum; *Ex his optima tibiārum paria fieri affirmant, sed pauca in opere bene succedere.*

Περὶ τὸν Ἀντιγνίδου, &c. De Antigenide hoc multa scribunt Plutarchus, Gellius, Cicero, Suidas, Apulejus. Quantus fuerit tibicen ex his Apulei verbis facile judicabit lector. *Tibicen quidā fuit Antigenidas, omnis vocule melitellus modulator, & idem omnis modi peritus modifactor. seu tu velles Æolium simplex, seu Fastium varium, seu Lydiū quemulium, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum.* Suidas, Ἀντιγνίδου. σείπερ ὁ θῆβαιος μουσικός, ἀλλοτῶν Φιλοζῆνου. οὗτῶ κατὸν μασὶ Μιλιόσις ἀρβῶν ἔχεσθαι, καὶ κερχωτῶν ἐν ὧ καμῶσιν βομβοκίαισιν ἰμάτοι. Thebanus Musicus, Philoxeni tibicen, qui primus calceationis Milesiis usus est, sibiriatasq; vestes, κερχωτῶν, in commestrationes attulit. Plura leges de hoc tibicine apud Plutarch. in Theseo.

Βοηδρομιών. Hic locus probat, βοηδρομιών mensē apud Atticos tertium fuisse, qui incipiebat 22. Augusti, & desinebat 21. Septembris. Rectè Gaza Septembrem vertit: quippe maxima pars mensis βοηδρομιών in Septembrem incidit. Accedit, quod Arcturus Septembris oriatur mense. Columella lib. 21. cap. 2. *Nonis Septembris Arcturus oritur.* Galenus libr. 4. de sanitat. tuenda. *ἔστι μὲν ἀρβιότιον τῆσιν ἰλάσιν τὸ ἀρβίαι, ἀπὸ τῶν ἱπποκράτῶν τῶν Ἀρκατοῦσιν. οὗτῶ κατὰ τῶν βῶμῆσιν ὁ καλούμενος μὲν Σεπτεμβριῶν ἐστὶν. ἐν Περσῶσιν δὲ πῶν ἠμῶν κατεφῶντι, Ἀθῆνῶσιν ὃ μυστήρια. Bene maturnum abietis semen circiter Arcturi ortum, quod tempus Romæ Septembrem vocant: Pergami vero apud nos mensis Hyperberetæus: Athenis vero mysteria. Aquæ mensē, quo Arcturus oritur βοηδρομιών vocari, ait Theophrastus. Non vult Galenus mensē Atticis dici μυστήρια, sed eo tempore festum quoddam Athenis celebrari. Plutarchus in Demetrio. Ἀλλὰ τὰ μικρὰ μυστήρια τῶν Ἀθηναίων ἐπιτελοῦντα, τὰ δὲ μείζονα τῶν Βοηδρομιών. Parva mysteria Anthesterione: magna Boedromione celebrantur. Idem in Theseo. ἢ ἰδὲ οὗτῶ μὲν Βοηδρομιών ἐπέτετο μῆνις, ἢ τὰ βοηδρομιῶν μίξεται τῶν Ἀθηναίων ἡνους. Pugnatum est mense Boedromione, quo die Boedromia hæctenus celebrabant Athenienses. De festo isto vide plura apud Suidam. Notandum Suidas, quod mensē Hyperberetæum scribat Octobrem ὡς ἄρβιαισιν ὁ μὲν καὶ Μακεδόναι. ὁ Ὀκτωβρι. Falsum etiam quod sequitur, *καὶ τὸ Μακεδόνι ὁ τεταταῖος μὲν ἔστιν ἡμεῶν. Vltimus apud Macedones mensis.* Ignoravit Suidas Macedonum mensium rationem & modum, nec cum Romanis mensibus comparare potuit. quod vel ex mense Macedonum *Lo* dicto probabo; reliqua mittam. Suidas, *λωος ὄνομα μῆνος ὡς καὶ Μακεδόναι. ὁ Ἀὐγῶσιν. Id falsissimum est.* Galenus lib. in comment. 1. libr. aphoris. 1. οἷον εἰ οὗτος ἔσται*

χειρὶν ἐπιμαθήσῃ κτ' ἢ τὸν ἀρχαῖον τοῦ Δίου μῦθον & φθινοπώρου γένεσιν ἰσημερινῶν. οἷσται τὴν μὲν χειμερινῶν ἡσπέρην αἰς κτ' ἡσπέρην μηνὸς ἰσημερινῶν, ἐν ἀρχῇ δὲ καὶ ἰσημερινῶν πέρου μηνός, τούτου γὰρ σημαίνει κτ' Μακεδόνων, τὴν δὲ ἰσημερινῶν ἰσημερινῶν ἀρτιμεσίου, κατὰ πρῶτον καὶ τὴν ἰσημερινῶν τοῦ Λοίου. κτ' γὰρ τὸν ἀρχαῖον τῶν εἰρηδίων μηνῶν, αἰτ' ἰσημερινῶν & αἰ τῶν πρῶτων γίνονται κτ' Μακεδόνων, ἀρτιμεσίου τῶν τε καὶ ὀνομαζόντων τοὺς μῆνας. Ut (verbi gratia) si jam cognoscas in principium mensis dii autumnale incidere æquinoctium, videbis solstitium brumale fore abhinc menses fere tres. initio mensis καὶ ἰσημερινῶν πέρου appellati. Nam hoc nomine denotatur apud Macedones. Vernum æquinoctium principio Artemisii. Sic æstivum solstitium initio Loi. Nam in principii mensium, quorum meminimus, æquinoctia & solstitia fiunt apud Macedones, qui isto pacto & numerant, & appellant menses. Videamus Suidæ peccata, primum de mense Loo constat. Vide paulo infra § τίμωνος Augusto mense non fit solstitium, quod extra omnem est controversiam; initio mensis dii, autumnale æquinoctium incidere, docet Galenus. Suidas, Δίος ὄνομα μηνός ἐστὶ Μακεδόνων ὁ Νίος & ὁ Ἰνδός. Quæ falsissima sunt: solstitium enim brumale Galenus mense καὶ ἰσημερινῶν πέρου esse ait. Corruptus codex; scribe, οἷσται τὴν μὲν χειμερινῶν ἡσπέρην αἰς κτ' ἡσπέρην μηνὸς ἰσημερινῶν ἐν ἀρχῇ δὲ καὶ ἰσημερινῶν (τοὺς Μακεδόνων, subintellige) πέρου μηνός, τὴν δὲ, &c. Sciet hyemale solstitium fieri quasi post tres menses in principio mensis secundum ipsos Peritii. Nempe hoc nomine à Macedonibus exprimitur. Suidas, Πέρου μὲν κτ' Μακεδόνων ὁ Φεβρουάριος. Lippis & tonforibus notum, solstitium hybernum mense Decembri esse. Vernum æquinoctium docet idem Galenus, incurrere in mensem Artemesium. Suidas Majum exponit. Ἀρτεμίσιοι τὸν Μακεδόνων ὁ Μάιος. Nec pueros later, æquinoctium vernum mense Martio esse. Hæc Suidæ peccata viris doctissimis errandi occasionem præbuerunt. Apud Ætium enim Δίος Novembrem exponunt, uti Ἀρτεμίσιοι Majum, Suidæ auctoritate seducti. Galeno hac in re fides adhibenda; Pergamæ natus est, in Macedonia educatus, Romæ diu vixit, Medicus & Mathematicus insignis; nulli æquè cognita hæc quam Galeno, nemini magis perfecta. Notandum & Euagrius, cum in Decret. can. dist. 27. tradit, Secundum vero consilium Idibus Octobris habeatur, qui dies apud Græcos Hyperberetæi mensis decimus invenitur. In editis Hyperbiti habetur; quod corruptum. Mensis Hyperberetæus, ut supra demonstravi, September. Arcturum mense Septembri oriri, supra ex Columella probavimus. Idem loco citato Galenus. ὁ τόνω του τῶν μαζῶν, εἰ ὡς ὅτι μαζῶν, τὴν μὲν Ἀρκτούρου ἐπιπίπτουσι πρὸς ἡμέραν αἰς β' τῆς φθινοπωρινῆς ἰσημερινῆς, Hæc si perciperis, ac insuper ante autumnale æquinoctium duodecim fere diebus oriri Arcturum didiceris. Ætius lib. 3. c. 164. μὲν Σεπτέμβριος ἢ Ἀρκτούρου ἐπιπίπτει, καὶ ἀλλοιοῖ τῆν ἡμέραν αἰσῶν. Decima septima Arcturus oritur, & alterat sequenti die aërem. Notandum, Ætii ævo æquinoctiū incidisse in vigesimum quintum Septembris. μὲν Σεπτέμβριος καὶ ἰσημερινῶν φθινοπωρινῆς. Mensis itaque βοηδρομιῶν incepit 22. die Augusti, definebat 21. Septembris. De his prolixius quam proposueram, egi. vide libr. 3. cap. 8. item cap. 6. libr. 2. hist.

Mηνός. Hæc Plinius ita reddidit. Cædi solebant tempestivè, usque ad Antigennem tibicinem, cum adhuc simplici musica uterentur, sub arcturo. Simplici musica, id est, tibia. Theophrastus loquitur, ἀπλάτους ἀυλῶν. Olim cum simplici musica veteres uterentur, tibia ita erat comparata & facta, ut singularis paribus, unus tantum ac singularis caneretur modus; postea ab Antigenide variæ tibie, pro varietate modorum fuerunt excogitata. vide quæ supra ex Apulejo de Antigenide dixi.

Τὸν γὰρ οὕτω τμηθῆναι — Ἀλαλῶν. Plinius loco citato, Sic præparata aliquot post annos utiles esse incipiebant. tunc quoque multa domandæ exercitatione, & canere tibia ipsæ docende, comprimentibus se ligulis (rectè in antiquo nostro codice, lingulis, legitur) quod erat illis theatrorum moribus utilius. Τὸν Ἀλαλῶν non interpretatus est Plinius, utrum Ἀλαλῶν, an vero Ἀλαλῶν scribendum sit, videant doctiores. Ἀλαλῶν Poëtæ scribunt, versus gratia. Homerus Iliad. β. ζῆς δῶκε Ἀλαλῶν ἀρτιφόντην. ubi interpretes. Ἀλαλῶν Ἀλαλῶν τῶν ἀρτιφόντων τῶν ἡσπέρην, ἢ Ἀλαλῶν ἐστὶ σαφές, κτ' τὸ λῆρον, ἢ τὸ Ἀλαλῶν τῶν ἐραστῶν. Oratores Ἀλαλῶν scribunt. Suidas, Ἀλαλῶν, ἰσχυρὸν, ἐξυπνόν, μεγαλόφωνον. Vox quæ aures penetrat tono suo acuto, firma ac vehemens, magnum in voce. τὸ Ἀλαλῶν, τὸ πρῶτον, τὸ σαφές. Ἀλαλῶν πὶ καὶ γεωγῶν ἀναβοήσας. penetrabile quiddam & clamoribus resonans. Ἀλαλῶν, clara, concinna, elata, simplex pronuntiatio. vel, functio perferendi mandata, ut faciunt internuncii, quos Græci Ἀλαλῶν vocant. Horum mos erat, referre facta non tantum aper-

te & simpliciter, ut gesta erant, sed clara etiam, concinna, & elata voce. Quare Ἀλαλῶν, vel, ut scriptum est, Ἀλαλῶν, interpretor claram, concinnam, elatam pronuntiationem, vel cantum. Sic vocem Ἀλαλῶν, exponendam docet quod sequitur, ἐπι δὲ εἰς τὴν ψάλλον, &c. Διαφραγία & ψάλλον opponuntur. In tibiæ cantu, qui καμπῶν flexus affectunt, & minutiones, vocem submittere coguntur, ut eam cum spiritu possint per varios sonorū flexus distribuere: ex adverso qui concinna, clara, Ἀλαλῶν voce canere volunt, effuso largius habitu, nec tot flexibus lascivire, nec varie voce ludere ac luxuriari possunt, ut illi qui submissius canunt.

Ἐπι δὲ εἰς τὴν ψάλλον, &c. Plinius: Postquam varietas accessit, & cantus quoque luxuria, cædi ante solstitia capta. Malè Gaza, Sed postquam varietas fidioque accessit, cæsura mutata. Objiciet quis, τὸ ψάλλον fingere significat, ergo ψάλλον fictio. Vox πλάττειν duo habet significata. unam quæ notat rem præferre aliter quam est; altera figuram respicit; quo in significato non sumitur fictio, sed formatio, sive figuratio. Etenim propter flexus varios emittunt sonos. Qui ψάλλον sive καμπῶν, in tibiæ cantu, minutiones, ut Cicero lib. de oratore exponit, affectare volūt, ii vocem submittere coguntur: contra, qui elatè, clareq; canunt, non possunt effuso largius spiritu tot lascivire flexibus, tamq; variè voce ludere, ac luxuriari, ut illi qui submissè canunt. Hic primus Gaza error. Alter, quod ἡ τομὴ μετακινήθη, verterit, cæsura mutata est. Non est cæsura mutata, sed cædendi tempus, eodem enim modo quo ante cædebatur arundo.

Τίμωνος γὰρ δὲ νῦν. vertunt. Cadunt enim nostra ætate mense Majo & Junio, quasi paulo ante solstitium, vel, sub ipso solstitio. Supra libr. 3. cap. 7. probavimus Atticos à solstitio die anni initiū facere. Hic locus ostendit, primum anni mensem vocari Ἐκατομβαιῶνα. Idem ex Demofthene probatur Olynth. 3. τότε τόνω μὲν ἢν Μακεδονικῶν. & paucis interjectis verbis, καὶ μὲν τὸν διελθόντος τοῦ εἰσώτου τοῦ Ἐκατομβαιῶν. Μετακινήθη, βοηδρομιῶν. τούτου τοῦ μηνός μάλιστ' αἰ μνηστῆρα δὲ καὶ τῶν ἀπεσταλτῶν ἰσχυρὰ χαρίδμου κινῶν καὶ πῆντε πύλας τῶν ἀργυρίων. Tunc ergo menses erat Ματαθέρων — deinde vero eo anno elapso, præterierat, Hecatombæon, Metageitnion, Boedromion. hoc demum mense vix post mysteria Charidemum decem naves habentem vacuas ablegastis & argenti decem talenta. Mensem primum anni Hecatombæon statuit Orator, secundū Metageitnion, tertium Boedromion. Hecatombæona mensem solstitio proximum esse, docet Aristoteles lib. 5. de nat. animal. c. 2. χειμῶνος καὶ λαβροῦ καὶ κερύου, ἡσπέρην δὲ πρὸς τὸν Ἐκατομβαιῶνα ὁμοιωδῶς πρὸς τῶν ἡσπέρην. Hyeme quidem lupus & mugilis. æstate circa Hecatombæona, atque adeo circa solstitium æstivum, Thynnium. Mensis hic Macedonibus λῶος dicebatur. Vide quæ paulo ante ex Galeno attulimus, βοηδρομιῶν, Plutarch. in Alexand. ἰσχυρὸν δὲ οὐδ' Ἀλέξανδρος ἰσχυρῶν μηνός Ἐκατομβαιῶν, ὃν Μακεδόνες Λῶον καλοῦσιν. Natus Alexander est in initio mensis Hecatombæi, quem Loon vocant Macedones. Malè ergo Suidas, ut supra notavimus, Augustum exponit. nec primo Augusti obiit Iustinus, ut scribit Euagrius hist. Eccles. cap. 9. libr. 4. Iustinus supremum vitæ diem obiit primo die mensis Loi, id est, Augusti. Primus Loi dies 22. Junii, quo solstitium est. Σκίροφοριῶν mensis anni ultimus. Solstitio æstivo quippe proximus, præceditque Hecatombæonem, annumque terminat. Hæc ex Theophrasto patent. Suidas Σκίροφοριῶν μὲν Ἀθηναίων διδύκατος. Scirrhophorion incipiebat 22. Maji, definebat 21. Junii. Hunc igitur Theophrasti locum sic verte, Cadunt enim nostra ætate solo vel geminos exeunte, vel caneros intrante, paulo ante solstitium, vel sub ipso solstitio.

Γινεται δὲ φωνῆ, &c. Plinius loco citato. Et fieri utiles in trimatu apertiorib. earū ligulis (antiquus noster codex, unguis, scribe ex Theoph. lingulis τῶν γλώτται ἰσχυρῶν) ad flectendum sonos: quæ inde sunt & hodie, &c. Theodorus vertit; Et fieri utiles in trimatu referunt, & brevi exercitatione egere, linguasq; disiectu diffleci. Quod his necessarium est, qui sonos fingunt, & multifarian flectunt. Et fieri utiles in trimatu referunt, brevique inflatu egere, linguasque facile distrabi, quod his necessarium, qui flexanimo sono cantant. Ita loquitur Apulejus. ψάλλον in arte tibicinum φωνῆς ἀδρόντος, sonus vocis, & conformatio placida, sedata, tractabilis, ac facilis vox, quæ per omnes intentionum remissionumque numeros duci flectique potest. Huic ἄπλαστον opponitur, quod rigidum & monotonon, quæq; variari ac versari nequit, vocem denotat. Plutarchus in Cicerone, ἢ φωνὴ ποδὴ καὶ ἀλαλῶν. σαφές ἢ καὶ ἀψάλλον. Vox ejus canora quidem erat & bona, sed dura, quæq; flecti non poterat. Vide & πλάτος φωνῆς, & φωνὴ λαμβάνουσα πλάτος. Sic Theophrasto

Theophrasto... & πολυτέρας, cui contrarium... & flexu. Pollux lib. 2. cap. 9. πολύκαμ- πλον αὐλήμα flexanimum, opponit τῷ μοιότητι & μενεκλόνη. quale fuit veteris, ut Plinius ait, musicæ. Αὐλήμα δὲ ὄρεθρον, ἀφ' οὗ καὶ τόμος ὄρεθρον. σπερόν, πῆρες, ἱμεμελὲς, μονόκλονον, μοιό- κλον, πολύτερον, ἀσπασωγῶν, δίκκαμπος πολύκαμπος ἡρηνηπρόν, ῥαδὸν, ὄρεθρον, &c. Apud Persium Satyr. prima πλάσμα pro voce sic eliquata & molli ponitur, ut per omnes sonos intentionesque variari posset. Verfus ita legit, & distinguit Doctiff. Salmafius.

Scilicet hæc populo, pexusque togaque recenti, Et natalitia tandem cum sardonioche albus Sede legens celsa liquido cum plasmate guttur Mobile collueris, patranti fractus ocello, Hæc neque more probo videas, neque voce serena Ingentes trepidare Titos.

Hæc sede legens celsa, cum liquida voce & bene flexibili pronunciaveris, patrantibus oculis, hæc videas ingentes trepidare Titos. Quod liquido plasmate guttur colluere hæc dicit, hoc eadem satyra, eliquare & tenero palato verba supplantare dixit.

Vatum & plorabile liquid, Eliquat, & tenero supplantat verba palato.

Πλάσμα viri magni sic exponunt. à πλάττω fingo, quod illo potu vox fingeretur, quod erat liquida potio, quæ bibebatur, ad suavitatem vocis, qua recreabantur fauces, clamore fauciatur. Sic medici solent facere arteriacas, quæ potiones lubricant arteriam, & ablata scabritie, vocem efficiunt lepidam, & liquidam. Hoc ipsum Quintilianus norat, & reprehendit, cum ait. non fit vox in canticum dissoluta, nec plasmate, ut nunc à plerisque fit, effæminata. Hinc Cæsar ad quendam: si cantas, malè cantas: si legis, cantas: Tali plasmate etiam Nero usus est. Sanior Urnebi sententia libr. 28. cap. 26.

— Liquido cum plasmate guttur. Mobile collueris.

Cum molli & tenera fistulaque vocola pœma eliquaverit udo gutture, est enim plasma, ut alio loco docui, cum vox est tenera & mollis. Plutarchus de voce Ciceronis, ἡ δὲ φωνὴ πικρὴ καὶ ἀγασθὴ, σκληρὴ δὲ καὶ ἀπλάσθη. Iterum ἡ δὲ φωνὴ λαμβάνουσα πλάσθη. Cum enim dulcis & suavis vox effunditur, guttur liquida, cum exeat, colluere videtur. Malè viri magni id pro medicamento quodam genere accipiunt, leniendis faucibus facto. πλάσμα, ut jam abunde probavi, vox quæ per omnes sonos intentionesque variari flectique potest. nullum arteriarum medicamentum hoc præstare potest. Ad cantus non præscribunt medici medicamenta, sed ad exasperatas arterias humectandas, & emolliendas. Sequitur apud Plinium; quæ inde sunt & hodie. Vult Plinius, antiquitus lingulas factas compressiores, cum soni non flectebantur; nunc vero apertiores fieri, quia compertum, ad id aptiores. Constat ex Theophrasto, non solum numerum foraminum, sed etiam lingulas ad flectendos in tibiis sonos facere.

Ἡ δὲ ἐργασία. Vide doctiff. Scaligeri animadversiones. Συμφωνεῖν δὲ τὰς γλώττιας, &c. vide doctiff. Constantini notas. Item celeberrimi Dalecampii observationes in Plinium. vide Rhodig. cap. 7. libr. 19. Victor. cap. 8. libr. 31. obser. Item Salmafius & alios qui de musica, tibia, aliisque veterum cantibus & tibiis, fistulis, aliisque ejusdem generis instrumentis scripserunt.

Ὅστι δὲ ὀπίπῃ — τῆς λίμνης. Scribe, ἀσπασωγῶν ἐστὶν Πελικάνια. ἑστὶ ἐστὶν αἴτια χύτρου καλοῦσι. βαθύσκατα. τῆς λίμνης. Πελικάν est genus vasis, aut pelvis, lignæ vel ænæ, sic nominatum, ἀφ' οὗ τὸ πεπληκίση, quod securi dolarū & confectum fit. Alii volunt esse ξυλίνω λευκίνω catinum ligneum. Hefychius, πελικὴ εἶδος ἐστὶ πεπηκίση ξυλίνου, ὅση ἔχει πεπληκίση. αἱ δὲ ξυλίνω λευκίνω. vide Athenæum libr. 11. inde Πελικάνια appellata loca profundiora paludis, à pelvis profunditate, quæ & χύτρου antiqui, recentiores χυτρίους vocarunt, ab eadem ratione. Hefychius, χυτρίων τὰ καλὰ τῆς γῆς, δὲ ὡν αἱ πηλαὶ οὐκ ἐστὶν. id est, Chytrini sunt loca terra concaua, in quæ fontes immittuntur. χυτρίων, fossæ & canales ad aquam ducendam. Hefychius, λίθων χουα, αἱ δὲ λίθων ἰγ- χύσις καὶ χυτρίων: χουα δὲ ἐστὶν λίθων. ὑπονόμους καὶ χυτρίους, καὶ διαρρυαί. Auctori Periplusmaris Erythræ, id est rubri, χυτρίων dicuntur loca fluminis magis profunda & cava. Ἀρ- χαιότεροι δὲ πλάσμα αἰθόντες. ἰσημῆς δὲ διορμίζοντες καὶ πνῆς ὄρ- μους καὶ χυτρίους. οἱ δὲ χυτρίων τῶν ἐστὶν ἔπι ποταμῶν βαθύτεροι μὲν

χεῖ βαρυζάων. κατῆνοι Ionicum est pro χυτρίων. Antiquissimi χυτρίους dixerunt. Herodorus in Polyhymnia five lib. 7. Τὸ δὲ κατῆνοι ἢ τῆς ὁδοῦ, ἡλιασσοῦ ἀσπασωγῶν καὶ τινάρα. ἐστὶ δὲ ἐν τῇ ἰσθμῷ πύτην ἡμερῶν λουτῶν, τὰ χύτρου καλοῦσι. Quod autem via vergit ad auroram, id à mari accipitur ac vadosis. in hoc autem ingressu sunt ἡμερῶν λουτῶν, id est, calida lavam- cra, quæ χύτρου quod instar olla cava sunt, indigenæ vocant. Ammianus Marcellinus lib. 22. de Ægyptiis. Sunt therma lutra, quæ cythras (forte χύτρου chytros) indigenæ vocant. χύτρου ergo loca fluminum concava, quæ à cavitate, quod ollam referant, nomen acceperunt.

Ἐμβολὴ ἔχεισθαι Plinius loco citato. Immensum quantum prælati, quas ipse Cephissus abluisse. Addit Græcus auctor, si lætum, profundum, cœnosum solum sit. Cæterum genus calami, ex quo lingulas composuerunt veteres, fœminam vocasse videtur Dioscorides, ὁ δὲ περὶ ἡλίου, ἐξ οὗ αἱ γλώττιαι τῆς αὐλῆς καὶ ἀσπασωγῶνται, altera fœmina ex qua tibiis lingulae conficiuntur.

Ἦν δὲ οὐ μόνον, Plinius loco citato. Plura autem genera. alia spissior densiorque geniculis, brevibus internodiis: alia rarior majoribus, tenuiorque & ipsa.

Καὶ ὁ ἴδιος ἡλίου, ἐν καλοῦσι πνῆς σέλινα. Corruptus codex; scribe, ἐν καλοῦσι πνῆς σέλινα. Sic Dioscoridem scripsisse, Sic & Plinium legisse constat loco citato. Calamus vero totus concavus, quem vocant syringiam, utilissimus fistulis quoniam nihil ei cartilaginis atque carnis. Putavit Plinius, σέλινα dictum, quod fistulæ ex eo fierent; hinc in indice fistulatorium appellat. De sagittariis & scriptoriis, & fistulatoriis calamis, antiquissimis Græcis si fidem adhibemus, fabulosa scribit Plinius. Theophrastus σέλινα vocatum fuisse scribit, non quod fistulis utilis sit, sed quod inanis sit, & totus concavus, ad fistulæ instar; minimumque habeat carnis & ligni. Constat tamen, fistulas ex calamis compingi solitas. unde & καλαμῆν σέλινα apud Aristophanem & σέλινα ἐκ καλαμῶν apud Pollucem. Sed idem calamus, qui tibiis erat aptus, idem & fistulis est utilis. Σέλινα. Pœtæ Nympharum Naiadum, quæ circa montes Arcadiæ vagabantur speciosissimam produunt fuisse, quam cum Pan Mercurii filius adamasset, & eam persequeretur, ac ad amnem Ladonæ Arcadiæ compulisset, ne vi castitatem deponere cogeretur, fororum auxilio in arundinem conversam canunt, ex qua fistula composita, quæ nomine ejus Syrix nuncupatur. Ovid. 1. Metamorph. Fab. 13.

Panaque, cum pressam sibi jam Syringa putaret Corpore pro Nymphæ calamos tenuisse palustres, Dumque ibi suspirat, motos in arundine ventos Effecisse sonum tenuem, similemque querenti, Arte nova, vocisque deum dulcedine captum, Hoc mihi ꝑ condylium tecum dixisse manebit, Atque ita disparibus calamis compagine ceræ Iner se junctis nomen tenuisse puellæ.

ꝑ colloquii, alii conti- lium,

Metrodorus apud Athenæum libr. 4. Marfyam fistulam invenisse tradit. Μετροδῶρος δὲ ὁ χῆος ἐν Τρωϊκοῖς σέλινα καὶ φησὶν ὅτι Μαρσύας καὶ αὐτὸν ἐν Κελαινοῖς, τὰν ἀσπασωγῶν ἐν καλαμῶν συρίζωνται. Εὐφορίων δὲ ὁ ἰπποκρίτης. ἐν τῷ πρὸς μίλοποιῶν, τῶν μονοκάλαμων σέλινα Ἐρμῆν δὲ εἶναι πνῆς δὲ ἰσθμῶν Σέλινα καὶ ῥανὰ κιν τὸν Μῆδον. τῶν δὲ πολυκάλαμων Σιληνῶν Μαρσύας δὲ τῶν χυτρίων. Metrodorus Chius in Troicis scribit, Marfyam fistulam & tibiam Celænis invenisse, cum uno calamo superiores caneret. Euphorion, hexametrorum scriptor, libro de Pœtis lyricis tradit, fistulæ, cui unicus & simplex calamus est, inventorem Mercurium fuisse, vel, ut aliqui memorie mandarunt. Seuthen & Rhonacem Medos. ejus vero que multis est composita calamis, Silenum. illius autem quæ cera glutinatur Marfyam. Diodorus Siculus libr. 3. Bibliothecæ. πολυκάλαμοι σέλινα. Cybelem invenisse tradit, Marfyamque hujus sonum imitatū esse. Τῶν τε γὰρ πολυκάλαμων σέλινα ἀσπασωγῶν ἐπινοῶσιν ἐστὶν τῆς παιδίας καὶ χορείας εὐρεῖν κύμβαλα καὶ τυμπανα. Nam fistulam multis contextam calamis excogitavit, cymbalaque & tympana ad lusum choreasque invenit. Paulo post. Συνοσεφιδου δὲ αὐτῆ καὶ φιλιαν ἔχει ἐπὶ πλάσθαι Μαρσύας τὸν φεῦρα, ἡμερῶν ἡμερῶν ἐπὶ σωίσσει καὶ σωφροσύνη. καὶ τῆς μὲν συνήσεως τεκμήριον λαμβάνουσι τὸ μίμησασθαι τὸν φεῦρον τῆς πολυκάλαμων σέλινα, καὶ μετῆνευκεν ἐπὶ τούτοις αὐλοῦς τῶν ἄλλων ἀρμονίαν, τῆς δὲ σπασωγῶν ἡμερῶν εἶνα φασὶ τὸ μίμησις τῆς τελευτῆς. ἀπὶ αὐτῶν γίνεσθαι τῶν ἀσπασωγῶν. Fre- quens circa illam Phryx ille Marfyas, primusque inter neces- sarios erat. mira in homine illo solertia & castitas. de soler- tia inde conjecturam faciunt, quod fistula multis instructæ casti sonos imitatus; totam ad tibiis harmoniam traduxit, pro castitate habent argumentum, quod ad vitæ usque finem à re Venerea se integrum conservavit. Illud in verbis Athe- nai

næi admirandum, quod κηρήθλον σύριγγα à πολυκαλάμῳ di-
versam faciat. Ex Ovidii versibus citatis satis liquido
apparet, veteres cera calamos in fistula pluribus compa-
ctâ arundinibus conjunxisse.

Atque ita disparibus calamis compagine ceræ
Inter se junctis, nomen tenuisse puella.

Idem Theocryptus docet Eidyl. 8.

Σύριγγ' ἂν ἐπίησε καλὰν ἐγὼ ἐνεαίφωνον,
Λευκὸν, καρὸν ἔχουσαν, ἴσον κἀτω, ἴσον ἀνωθεν.

Fistulam quam feci, pulchram novem vocibus
Alba cera compactam, æqualiter infra, æqualiter supra.

Virgilius.

Pan Primus calamos cera conjungere plures Instituit.

Tibullus.

Fistula cui semper decrefcit arundinis ordo,
Cum calamus cera jungitur usque minor.

Græcus Poëta apud Plutarchum, ἀπὲ ἀοργησίας de co-
hibenda ira κηρήθλασιν vocat, ὡς τὸ τῶν βουκόλων κηρήθλα-
σιν ὁπόσῃ δόναξ ἀχέτης ὑπερδύω ἴσμοι, ut pastoralis cera jun-
ctâ fistula, quando sopori feros sonitu ciet modos. Sed ad A-
thenæum revertamur. non dubito, quin Euphorion scripserit,
τὴν ἢ πολυκαλάμων Σιληνὸν Μαρσύῳ τῷ κηρήθλον. Fi-
stulam ex pluribus calamis conjunctam. Silenus invenit
Marfyas. Herodotus Silenum Marfyam quendam fuisse
Celænis, Asiæ oppido, ubi fistulam repertam scribit Me-
trodorus, ἐν τῇ κηρῇ ἢ Σιληνοῦ Μαρσύῳ ἀσπίς ἐν τῇ πόλει ἀνα-
κρίμαται. In qua urbe (Celænarum) ἔσιν in quo foro visitur
suspensa Seleni Marfye pellis in utrem formata. De fistulis
satis. Arundinem, quam σύριγγαν vocant, inanem & va-
cuam ait Theophrastus, contra Dioscorides carne ple-
nam ait; ἄλλος δὲ σύριγγας πολύσαρκος, εἰς βιβλιογραφίῳν ἰ-
πιπῆθει. Alia syringias, id est, fistulosa, multa carne præ-
dita, geniculis densior, ad librorum scripturam accommo-
data. In antiquo codice παχύσαρκος scriptum est, id est,
carne crassa. neutrum cum Theophrasto convenit. resti-
tuunt ὀλιγόσαρκος, quod parum carnis contineat. Diosco-
rides multo recentiores calamum σύριγγαν cavam asse-
runt. Cassianus Bassus libr. 2. cap. 6. Καλάμους τὶ τοὺς κη-
ραμένους Ἰνδικούς, ὑπερ πῶν δὲ μεσηκλάμους, ὑπερ οὐρανὸν βαλίτας,
κηρ σύριγγας (vulgo βαλίτας κηρ σύριγγας) διασῆς τῆ ἀπαλοῦς
σημαίνει φασίν, ὡς ὑπερ ἔχοντος ἢ τὸ πῶν. Calamosque appella-
tos Indicos, ab aliquibus vero mestocalamos, hoc est, plenas
arundines, ab aliis etiam belitas, id est, ad sagittas utiles.
Itemque syringias hirsutas & teneras signa esse ajunt lo-
ci aquam habentis. Hæc omnia ὀλιγόσαρκον legendum o-
stendunt. Huic lectioni favet ipsum nomen σύριγγας,
quod concavum significat, ut est σύριγγα. Vox hæc plures
habet significationes, omnes à cavitate. Homerus σύριγγα
receptaculum, vaginamque hastæ vocat, Iliad. 7.

Ἐκ τῆς ἀρῆς σύριγγος πατρώϊον ἐπαίσιον ἔγχετο.

Ex vagina patriam extrahit hastam.

Aristoteles lib. de Mundo concavos terræ meatus σύ-
ριγγας τῆς γῆς vocat. Πνεῦμα περιεζωθὲν εἰς μυχούς σύριγγας γῆς,
Spiritus qui aberrans insinuat in abstrusos quosdam terræ
& cæcos meatus; id est, in latentes cavernas. σύριγγα ἢ πε-
πτετο, cavitas in hepate. συριγγῶδες Medicis, in fistulam ex-
cavari, in fistulam abire. Unum impedit, quo minus ap-
ud Dioscoridem legam ὀλιγόσαρκον, quod arundinem do-
nacem dicat cavam & inanem. Nihil impedit, utramque
fuisse cavam: sed nescio quomodo calamus plenus, mul-
taque carne refarctus, ad scribendum utilis dici possit? fir-
mi & cavi ad hoc optimi. non puto σύριγγας nomine Dio-
scoridem intelligere qui fistulis faciendis optimus est.

Ὁ δὲ τερπός, &c. Plinius loco citato. Est alius crassior
ligno, ἔσιν tenui foramine, hunc totum fungosa replet medul-
la: alius brevior, alius procerior, exilior, crassiorque, &c.

Ὁ δόναξ, &c. Theodorus vertit, cannam. canna gra-
cilis & tenuis. donax crassa & fruticosa. Columella lib.
4. cap. 32. Sed cultus arundinetis primo triennio non alius
est quam ceteris: cum deinde consenuit, repastinandum
est: ea est autem senectus, cum vel exaruit situ, ἔσιν inertia
plurimum annorum, vel ita densatum est, ut gracilis, ἔσιν can-
næ similis arundo prodeat. Vides cannam tenuem & gra-
cilem. rectius fortasse quis piscatorium verteret. Suidas.
δόναξος. κηράμοι ἀλιεστυγῆ, ἢ αὐλοῖ, ἢ ὀργεῖα δόναξ. calami pis-
catorίῳ, tibiae, recta arundo donax. Et hoc tempore arun-
dine ad piscandum appenso hamo utuntur. Plinius Græ-
cam servavit vocem. δόναξ dicitur ἀπὸ τοῦ ῥῶνον δονεῖσθαι, quod
facile à vento moveatur. Hesychius, δόναξος κηράμοι Κρητῆς

ῥῶνον δονεῖσθαι. Idem δόναξος, ἀπὸ σισυνοῦ κηράμοι. Græcè
δονεῖν, περιεζωθῆναι, κινεῖν, ἀπὸ σισυνοῦ. Lapillus quoque qui in la-
pide æticide movetur, eadem de causa δόναξ vocatur.
De donace hæc Plinius; Fruticosissimus qui vocatur donax,
non nisi in aquaticis natus, Theophrastus apud lacus &
flumina nasci tradit. Idem dicit Dioscorides, aliud juxta
flumina nasci, aliud in ipsis aquis. Dioscorides loco citato,
ὁ δὲ τις παχύς κηρ κηρῶν ὑπερ πῶν ποταμοῖς φουδρῶν, ἔσιν κηρ δόναξ κη-
ραίτα, ὑπερ πῶν κηρ Κόπρι. Alia denique crassa ἔσιν concava
circum amnes nascens, que etiam donax, à quibusdam Cy-
pria vocatur. Cypriam vocari testis Plinius lib. 24. c. 11.
Harundo Cypria que donax vocatur, corticis cinere alopecias
emendat. An itaque Hesychius scripsit δόναξος κηράμοι Κη-
ραίτα. an, ut editum est, δόναξος κηράμοι Κρητῆς, quasi à Cre-
tentibus etymon inventum? Cavam esse hanc arundinem
vel hoc Theocrypti epigrammate probatur.

Δάφνης ὁ λευκόχρως ὁ καλῶς σύριγγα μελίσδων
Βουκόλικους ὕμνους, ἀγθετο Πανὶ ταδε.

Τῶς τρηπῶς δόναξος, τὸ λαγωβόλον, ὄξω ἀκοντα,
Νεβρίδα, τὴν πῆραν ἢ ποτὶ ἔμαλυφόρε.

Daphnis ille candidus, ille qui pulchra fistula modu-
labatur


Bucolicos hymnos, hæc dedicavit Pani.

Pertusas donaces, pedum acutum, jaculum,

Pellem cervinam, ἔσιν peram qua olim poma ferebat.

Nastos five farcta five toxica gra-
cilis & plicabilis.


Nastos five farcta five
toxica & plicatus.



Syringa arundo
scriptoria.

Vulgo τὸς τερπὸς δόναξος legitur; malè vertunt tres
tibiae. Intelligit fistulam ex pertusis ac perforatis harun-
dinibus compactam. Hanc arundinem Dodonæus, &
adversariorum auctores describunt. Non parū frequens
hæc hortis & satis Gallo-Provinciæ & Norbonæ, ubi co-
los ad nendum, & clatras fenestris rustici mulierculis fa-
ctitant, flectuntque ad fornices topiarias, aliaque vire-
torum ornamenta, adque fulcendas vites humi depan-
gunt. ad decem cubitorum altitudinem assurgit, milita-
ris hastæ crassitudine, robusta ac firma materie, inanis
tamen

Nastos. Farcta toxica Theophrasti.



tamen intus, compactis per intervalla geniculis, & quorum acetabulis vel cavernulis basis latioris prodit nervus, medio tenus fere ambiens calami spatium. Folia illi sunt longa, milii Indici æmula, sed latiora & longiora, aspera ubique superficie, & acuta circumferentia. Radix illi est alba, foris intusque dura, tuberosa, contortaque, informis ac geniculata, ut in iride ac acoro, sed longè major ac robustior, latè huc & illuc subtus porrecta, gustanti dulcis; ex qua uita Arabum spodiū paratur Pharmacopœis quamplurimis, tamen ut non necessario, ita non magno commodo: quando melius ac facilius ex myrto oleave (ut in antispidio monet Dioscorides) conficerent. Gravius peccant, qui loco palmæ foliorum teneriorum harundinis hujusce subdunt radices. Sed de his in commentariis ad Dioscoridem. Scriptoria arundo eadem cum donace est, ut cernere licet in Gallo-Provinciæ, & Corsicæ, udis & pinguibus prope urbes locis: compactiore est carne, minore & pollicem vel indicem digiti æquante crassitie, octonum denumve pedum, intus cava etiam & inanis, ut donax, radices & folia non disparia, pueris etiam gustati calami, ad majuscula characterum crura delinianda.

Διαφέρει δὲ ὁ μὲν παρὰ τὸν Πλίνιον, &c. Plinius legit, τὸν τε ἐν τῇ ἑρῷ, ὃ ἐν τοῖς ὑδατοῖς φουμένον. Non nisi in aquaticis natus (calamus donax) quoniam & hæc differentia est, multum prælatam harundine que in sicco proveniat. Theophrastus plurimum in quoque genere differre tradit inter se aquaticas & in sicco degentes. Ad verborum seriem contextumque non attendit, ut solet, Plinius.

Ἰδίῳ δὲ ὁ τῷ Θεοφράστῳ, ὃν δὲ Κρητικὸν πινυ καλοῦσιν, &c. Hoc genus, ut vocat Dioscorides μεσηκχάλαμος & βελίτις. Ita hic, καλάμου ὁ μὲν τις καλοῦται κατὰ τὴν ἑρῷ, ἢ ὅτι τὰ βέλγη γίνεται. In harundinum genere quedam nastos appellatur, ex qua sagittæ fabricari solent. Nastos dicitur, quod plena, farcta, solida sit. Hesy chius κατὰ τὸν Πλίνιον, πικρὸν, πηλοῦν, μὲν ἔχει ὑπερφυεῖν π, quod plenum est, ac solidum, cui nihil subest, inane aut leve. Philo ἡρόδοτος, mundum dixit esse, πηλοῦν καὶ κατὰ τὸν ὄντων βαρύνετον. Plenum, farctum, & omnium existentium gravissimum. Cassianus Bassus lib. 2. cap. 6. καλάμου τὸ πινυ καλοῦντο Ἰνδικῶς, κατὰ τὸν Πλίνιον δὲ μεσηκχάλαμος, κατὰ τὸν βελίτις. Omnes MSS. codices habent, κατὰ τὸν Πλίνιον δὲ βελίτις. Indicium calami vocari scribit. Longe alius calamus ex

quo liquor dulcis colligebatur, ex isto sagittæ non fiebant, quia ad sagittas ineptus. De hoc calamo infra. Sagittariam intelligit harundinem. Putavi quondam scribendum μεσηκχάλαμος, sed postquam ex Hesy chio μεσηκχάλαμος & κατὰ τὸν Πλίνιον eandem didicissem harundinem, sententiam mutavi. Nastos idem quod κατὰ τὸν Πλίνιον. Sic dicitur, quod farcta sit & plena. Scribe, βελίτις vel βελίτις, eos calamos intelligit, ex quibus sagittæ fiunt. Non alius ad hoc idoneus, quam qui est plenus intus & solidus. Hesy chius βελίτις. βέλγη, τῷ κα. Theophrastus Creticum calamum à quibusdā vocari ait, & rationem videtur reddere Plinius: Calamis Orientis populi bella conficiunt: calamis spicula addunt, irrevocabili hamo noxia. mortem accelerant pinnæ addita calamis. fitque ex ipso telum aliud fracto in vulneribus. His armis solem ipsum obumbrant, propter hoc maxime serenos dies optant: odere ventos & umbres, qui inter illos pacem esse cogunt. ac si quis Æthiopas, Ægyptum, Arabas, Indos, Scythas, Bactros, Sarmatharum tot gentes, & Orientis, omniaque Parthorum regna diligentius computet, æqua ferè pars hominum in toto mundo calamis superata degit. Præcipuus hic usus in Creta bellatores suos præcipitavit; sed in hoc quoque, ut in cæteris rebus, vicie Italia: quando nullus sagittis aptior calamus, quam in Rheyno Bononiensi amne, cui plurima inest medulla, pondusque volucre, contra flatus quoque pervicax libra. quippe non eadem gratia Belgicis. Hæc & Creticis commendationibus: quanquam præferantur Indi, quorum alia quibusdam videtur natura, quando & hastarum vicem præbent additis cuspidibus. Primo quem usum Orientis populis præbuit calamus, docet: deinde usum istum præcipue in Creta habuisse, postea ait, Italicis calamis pondus inesse volatile, & contra flatus valere quoque; pertendit. subjungit, libram quidem & pondus habere Belgicos, ut Italicos, sed elegantia ea destitutos esse, qua maxime laudantur Cretici: in eo superare Italicos, quod utrumque habeant & pondus, ut Belgici; & formæ gratiam, ut Cretici. Ideo τῷ Θεοφράστῳ κατὰ τὸν Πλίνιον ἢ Κρητικὸς à quibusdam, ut monet Theophrastus, dictus est. Hic verborum Plinii sensus. Scribe ergo, pondusque volucre, & contra flatus quoque pervicax. Libra quippe, non eadem gratia Belgicis; hæc & Creticis commendationibus. Hæc, scilicet gratia, elegantia. Notat Dalecampius, in Chiffletiano codice M. S. scriptum esse, præcipuus hic usus in Creta Bellatores suos præcipitavit; quomodo scripsisse Plinium ex iis, quæ diximus constat. Calamis, inquit Plinius, Orientis populi bella conficiunt. id est, sagittis & calamo sagittario confectis. Hodie etiam apud Indos, aliosque Orientis populos, idem usus obtinet. Præcipuus hic usus in Creta bellatores suos præcipitavit. id est paratiores, audacioresque fecit, & ad bellum temerè suscipiendum cum Romanis impulit, quo prostrati sunt. Pondusque volucre, Findendo aëri opportunitum in jaculatione expetitur. Quamquam præferantur Indi. Antiquum exemplar, indigi. Scribe, Indici. Sed de Indicis sagittis infra. Creticas laudarunt antiqui.

Silius libr. 10.

Ecce Cydonææ violatus arundine plantam.

Idem libr. 13.

— Diçlæa per auras

Tranat, & in medium perlabitur urbis arundo.

Stadius libr. 4. Theb.

Terga Cydonæa corythos arundine pulsat.

Cydonæas, Cydoniacas, Diçlæas dixit, ab urbibus Cretæ, Diçtæ & Cydone. Idem Silius Cretam primam portuisse mari ac sagittis tradit: sic enim de navi quæ remigibus & sagittariis valebat.

Iamque super rutila super & Garamantide pinu Ibat ovens melior remo, meliorque sagitta.

Solinus cap. II. Quorum principatus est penes Gortynam, Cydoneam, Gnoson, Therapnas, Cylistos. Dosiades eam à Crete nymphe Hesperidos filia, Anaximander à Crete rege Curetum, Crates Aeriæ prius diçlam, mox Curetin, nonnulli etiam à temperie cæli Μακάρων νῆος appellatam prodiderunt. Prima mari potuit remis & sagittis, prima liceris jura junxit. Plinius lib. 4. cap. 12. Ipsa Creta altero latere ad Austrum, altero ad Septentrionem versa, inter Ortum Occasumque porrigitur, centum urbium clara fama. Descades eam à Crete nymphe, Hesperis filia, Anaximander à rege Curetum, Philistides Mallotes, Crates primam Aeriæ diçlam, deinde postea Curetim, & Macaron (insulam, subintellige, vel adde) nonnulli à cali temperie appellatam existimare. Philistides Mallotes non legit Solinus, vel incuria libratorum omissum.

Ὀλιγώτερος δὲ, &c. Plinius. Suum genus sagittario calamo, ut diximus, sed Cretico longissimis internodiis, obsequenti quo libeat flecti calefacto. Scribe ex antiquo nostro codice; obsequiumque quo libeat flecti calefacto. Arundinis ἰαζῆς five farctę genera tria. Arundine farctā maxima, atro rubente imbecilles principes, atque Hierarchę, alique viri graves ac divites ad ægram senectutem fulciendam pro scipione utuntur, materiem auro aut argento cingentes. Scipiones vel arundines hæ apud Amstelodamenses satis frequentes, nec magno, ut quondā pretio venduntur, quod earum ingens copia quorannis ex Indiis adferatur. Arundines hæ leves, elegantes, & robustę & flexiles. Exiliores stolones Scythę & Asiatici & Syri aptāt ad jacula; sunt exiles, leves, politī, farcti, medulla pleni, prorsus enodes, recti, solidi, nec graves, colore cęsio pullo & purpurascenre nitentes. Reperitur & alia nastos crebris cincta geniculis, farctā, plena, dura, levis, glabra, colore ruffo atro rubente ac pullo variegato. Tertia nastos admodum lævis & glabra, farctā, dura, robusta, flexilis, crassitie calami aromatici, aut arundinis scriptorię geniculis paucissimis 10 aut 12 pollicum spatio invicem distitis, colore flavo variegato. Arundinis nasti infinita reperiuntur genera, varietate coloris & crassitie differentia.

Arundo Laconica à Petro Mullerio.



Κατὰ τὴ φύσιν αὐτῆς ἀποφασίς, &c. Plinius. Differentias faciunt & folia, non multitudine, verum robore & colore, valida Laconicis, & ab una parte densiora, quales in totum circa stagna gigni putant, dissimiles amnicis longisque vestiri tunicis, spatiosius à nodo scandente complexu. Torus hic locus corruptus, in antiquo codice habetur, longisque vestiri foliis, spatiosius à nodo scandente complexu. Nec validam Laconicam dixit Theophrastus, sed colore foliorū variam. In veteri codice & Chiffletiano, & ab ima parte densiora, legitur. Scribe. Differentias faciunt & folia non multitudine, & robore tantum, verum & colore varia Laconicis, & ab ima parte densiora, quales in totum circa stagna gigni putant, dissimiles amnicis, longisque vestiri foliis, spatiosius à nodo scandente complexu. Confundit Laconicam harundinem, cum aliarum differentiis Plinius. Theophrastus folia differre ait non magnitudine & multitudine, sed etiam colore, quoniam arundo Laconica varicolori est folio. Subjungit, aliam etiam in foliis arundinis observari differentiam; quosdam ab ima parte folia plura ferre; καὶ ἔστιν ἡ ἀπὸ τοῦ κάτω πρὸς τὴν φύσιν. Vertit

Plinius, & ab ima parte densiora, id est, plura ferunt folia, & Laconicę harundini adscribit, cum de alio genere tradat hoc Theophrastus. Corruptus Theophrasti codex. Scribe cum Doctiff. Constantino, καὶ ὁμοίως δὲ ὡς τὸν οὐρανὸν, &c. caulisque perinde ac è frutice se attollit. Laconicam arundinem vidi Groningę in horto Petri Mullerii Academiae ejusdem professoris Botanices. Hęc facie à vulgari arundine non differt, nisi quod folia striata & variegata habeat, instar graminis Hispanici. Folia graminia sunt, viridia, lineis albis exornata per totum discurrentibus.

Καὶ ἐπιγίαιος. Plinius loco citato. Est & obliqua harundo non in celsitate nascens, sed juxta terram fruticis modo se spargens, suavissima in teneritate animalibus. Vocatur à quibusdam elegia. Scribe, vocatur quibusdam epigea. Plinius aliud agens, aliud cogitans, imaginatus est calami illius proprium nomen esse, ἐπιγίαιος, quod falsissimum. Theophrastus, è quo hæc hausit, ἐπιγίαιος scribit hunc calamum, quod per humum repar, nec subreftus in ærem attollatur. Juxta terram fruticis modo se spargens, ait Plinius, quod à Græci auctoris mente planè diversum; apud quem ἐπι γῆς ἀφίησι τὸν καυτὸν, ὡς τὸν ἀζωοῦσι habetur. id est, per terram caulem emittit, graminis modo. Ἄζωοῦσι five gramen in herbarum censu est, non fruticum; nec juxta terram spargitur, sed in ipso solo ac per humum se fundit. Persuadet sibi Plinius, harundinem hanc non in altum crescere, sed humilem manere, ad instar fruticis, qui non altè ex humo attollitur, sed juxta eam in plures stolones se dividit: hoc enim ἰδιὸν ἡμετέριον, fruticosi generis proprium. Arundo ergo hæc per terram fusa est, & sic incrementum capit. Idem de gramine legitur apud Dioscoridem κλημάται ἡρατιώδη ἔρπονται ἐπὶ τῆς γῆς. Nemo Gręcorum usquam tradidit; calamum hunc animalibus esse in suavissima teneritate. Ipsum gramen hac vi pollere vulgo, notum. Verba Theophrasti ὡς τὸν ἀζωοῦσι, non quo deberet modo intellexit Plinius; sed existimavit scribere Theophrastum, caulem hujus calami æquè dulcem esse animalibus, ut est gramen. Ἀφίησι καυτὸν ὡς τὸν ἀζωοῦσι; caulem emittit graminis modo dulcem animalibus; cum Theophrastus id dixerit de calami crescendi natura, quę per terram reperet graminis modo.

Διαφέρει γὰρ ἐ τοῦτον, &c. Plinius. Harundini quidem Indicę arborea amplitudo: qualis vulgo in templis videmus. Differre mares & feminas in his quoque Indi tradunt. Spissius mari corpus, famina capaciis. Navigiorumque etiam vicem præstant. (si credimus) singula internodia. Circa Aecesinem annem maxime nascitur. Neutiquam arborea amplitudo harundini, quam circa Aecesinem annem nasci, scribit Theophrastus. Negat eam in rectum assurgere, verum per terram ad instar graminis repere ait, atque ita magnitudinem suam acquirere. Has arundines Strabo χαμαικλινῆς vocat, sed de earum longitudine & crassitudine miranda prædicat, quę non habentur apud Theophrastum. libr. 15. καλαμίους δὲ, μήκος γὰρ τετρακόντα ὀργανῶν τῶν ἐρηθῶν, τοὺς δὲ χαμαικλινῆς πενήκοντα. πρὸς δὲ ὡς πέντε ἀλάμετρον τῆς γῆς ἢ ἕνα τετρακόντα, τῆς δὲ τετρακόντα. Manuscr. διὰ τὸ δισσον. Ex arundinibus erectas esse 30. ulnarum longitudine humiles ad quinquaginta, tanta crassitudine, ut quibusdam diameters sit trium cubitorum, quibusdā quadrupla. De longitudine, & crassitudine nihil Theophrastus; crassas & longas esse ipsa ratio dicitur: equidem non possent alioquin ex iis navigia confici. De navigiis infra. Objiciet quis, Varronem tradere, Indicam harundinem non valde magnam esse. Versus Varronis apud Ifidorum libr. 17. cap. 7. citantur, & vulgò sic leguntur.

Indica non magna nimis arbore crescit harundo:
Illius è lentis premitur radicibus humor,
Dulcia cui nequeant succo contendere mella.

Et hanc magnam esse disertè scribit Strabo libro citato. Τοὺς δὲ ἐυλίαν κερποὺς γενῶν ποικίς, & τὰς βίβας τῶν φυτῶν, καὶ μάλιστα τῶν μεγάλων καὶ ἀμυνο γυνοκίαις καὶ φύσει καὶ ἐφῆσαι χλωμομίαις ἔσθαι τοῖς ἡλίαις, τοῦτ' ἐκπίνθητος ἐκ Διός, καὶ ἐκ ποταμῶν: Fructus autem arboreos multos gigni, radices stirpium, præsertim magnarum harundinum, & natura & decoctione dulces esse, aqua à solibus reposita, tam celestis, quam pluvialis. Non dubito quin Varro scripserit.

Indica nam magna nimis arbore crescit arundo.

Et sic versus hic in Ifidori antiquissimo & optimo codice M S. Clariff. viri Gerardi Ioannis Vossii politices & historices Professoris celeberrimi, legitur; In altero vero codice.

Indica non magnum nimis arbore crescit arundo.

Quod

Quod corruptum nemo inficias ibit. Meminit hujus arundinis Lucanus.

Quique bibunt tenera dulces ab arundine succos.

De hoc calamo etiam versus Dionysii Afri.

Ἄλλοθι μὲν γὰρ κέγγη ἀέξεται, ἄλλοθι δ' αὖτε
Ἰλαμ τηλεθώσων Ἐρυθραίου καλάμοιο.

Alibi itidem milium crescit, alibi insuper
Sylvæ virescunt Erythrei calami.

Duas res simul conjunxit in India nascentes: quibus ad cibum & ad potum utebantur Indi: milium, quo vescabantur, & calamos, quorum succum expressum bibebant. Ἐρυθραῖος καλάμος, idem & κάλαμος Ἰνδικός. Nam Poëta ille passim Ἐρυθραῖον pro Indico usurpat, ut Ἐρυθραῖον πόνρον, Ἐρυθραῖαν θαλάσσαν Ἐρυθραίου ἀλάμου. Vulgatus interpretes, Ἐρυθραῖον καλάμοιο τυβρα vertit canna, Græci Ἐρυθραῖον nulquam pro rubro posuere. Ἐρυθρὸν est Ἐρυθρὸν θαλάσσαν; hinc erythraeus lapis, concha. Ἐρυθρὸν θαλάσσαν passim à Dionysio pro mari Indico poni, merito nego, quod vel ex his versibus Dionysii, qui statim in initio libelli de orbe reperiuntur, probatur.

Ἀὐτὰρ ἔθι πρῶτα φαίνεται ἀθροῖσιν
Ἡῶν καλέουσι καὶ Ἰνδικὸν οἶμα θαλάσσης,
Ἄγχι δ' Ἐρυθραίων καὶ Αἰθιοπίων καλέουσι,
Πρὸς νότον.

At ubi primum radiat hominibus,
Eoum vocant, atque Indicum fretum maris.
Prope autem Erythraeum ac Æthiopicum appellat
Ad austrum.

Ergo Dionysio non semper Ἐρυθραῖος Indicum significat mare. Utrum vero Ἐρυθρὸν θαλάσση à colore, an à rege Erythra nomen trahat, nolo disputare. Varronis sententia est, Erythraeum ab Erythra rege, non à colore appellatum. Reprehenduntur à Curtio lib. 8. qui à colore nomen habere tradunt. Ab Erythra rege inditum est nomen, cujus ignari rubere aquas dicunt. Idem libr. 10. Inter quæ rubrum mare, non à colore undarum, ut plerique credunt, sed ab Erythra rege appellatum. Male ergo Latini rubrum mare dicunt; Erythraeum dicendum est. Ad Græcam si attendamus vocem, aliter se res habet. Principale nomē est Ἐρυθρὸν, quod mille locis Theophrasti probari potest. Vide cap. 8. hujus libri. ἐν τῇ θαλάσῃ Ἐρυθρῇ καλουμένη. Semper apud antiquos legitur Ἐρυθρὸν. Ab Erythra rege Ἐρυθρὸν dici nequit. τὸ Ἰνδικὸν sive περὶ τῆς Ἐρυθρῆς est Ἐρυθραῖος, ut & urbium omnium, ut Ἰερουσαλὴμ, Ἰερῆμα. urbs Romana pro Roma, sic Ἐρυθραῖος ἀνατολῆς, Erythraei mare, quod Ἐρυθρὸν antiquis. Ἐρυθραῖος λίθος, pro ὃ ἐκ τῆς Ἐρυθρῆς θαλάσσης λίθος. Certum est, aquam maris Erythraei, non alio esse colore, quam ipsius Oceani. Non igitur ab aquæ aut undarum colore nomen impositum. Solet tamen mare illud, quando tempestas ingruit, magnam vim arenæ rubræ ejicere, quæ & maximas, nisi portuum oportunum nactæ sint, naves obruit. Hoc Batavorum navigationibus & experimento constat, qui per mare hoc in Arabiam navigarunt. Ab arenæ ergo rubræ colore nomen hoc ipsi impositum videtur, quam ejicit, tempestate faviente. Inquirendum jam, an calamus, ex cujus radice, humor melleus exprimitur, idem sit cum eo, ex quo navigia fiunt. Ea Solini est sententia, cap. lib. II. Quæ palustria sunt, arundinem creant ita crassam, ut fissis internodiis, lembi vice veclitet navigantes. E radicebus ejus exprimitur humor dulcis ad melleam suavitatem. Quamquam veterum nemo hoc tradat, recentiorum tamen experimento probatur. Garcias lib. I. cap. 12. Cæterum ut ad rem redeamus, tabaxir vocabulum est Persicum ab Avicenna libr. 2. cap. 609. & aliis Arabibus è lingua Persica desumptum, nihilque aliud sonat, quam lacteus humor, aut, succus liquorque alicubi concretus: quo nomine etiam Arabibus & Turcis hoc medicamentum cognitum est. Vocatur autem ab Indigenis Sacar Mambu, quasi dicas saccharum de mambu, quoniam Indi arundines, sive ramos arboris illud profereutes Mambu vocant. Arbor in qua gignitur, interdum magna est, & instar populi procera, interdum minor, ramis ut plurimum erectis (nisi quod pulcherrimos quoque interdum incurvant, ad pergulas & deambulacra, apud Indos frequentia, conficienda) nodis palmi longitudine ab invicem distans, distinctos habens, folium oleæ longius, (Theophrastus salici comparat, oleæ & salicis non valde dissimile) inter singula internodia liquor quidam dulcis generatur, crassus, veluti amyllum congenitum, & simili candore, interdum melleus, nonnunquam vero perpaucus, sed non omnes

arundines, sive rami eum humorem continent; at si duntaxat, quos bisnagar, barecala, & pars provincia Malabar profert. Hic autem liquor concretus, interdum nigricans & cinerius reperitur, sed non ideo improbat. Nam ob nimiam humiditatem, aut, quod diutius ligno inclusus permanferit, hunc sibi colorem conciliat: non autem ob arborum incendium, veluti nonnulli putarunt, siquidem multis ramis, quos non contigit ignis, niger etiam invenitur. Christophorus à Costa, Inveniuntur interdum hæc arbores sive arundines vocatæ Mambu, in quibus nascitur tabaxir, tantæ amplitudinis & crassitudinis, ut ex ea cymbas faciant, quæ binos viros capere possint, non quidem illas excavantes, sed relictis solum duobus internodiis per medium secantes. Conscendere vero solent similes cymbas bini Indi, iique nudi (nam nudos incedere in illis regionibus moris est) sederéque singuli in ejus extremitatibus, junctis cruribus, tenentesque singulis manibus remos trium aut quatuor palmorum longitudinis, quibus eas cymbas impellunt tanta dextertate, ut etiam adverso rapido flumine summa celeritate navigare possint. Carolus Clusius lib. 1. exoticorum cap. 18. Admiranda magnitudinis fuerat illa harundo cujus fragmentum Octobri anno nonagesimo quinto supra millesimum & quingentesimum, Jacobus Garretus, ad me Londino usque mittebat, factis Petri Amstelvedani commemoratis opera, ut conspicerem. Nam fragmentum illud sex nodis constabat, quorum singuli pedem Romanum & quatuor uncias inter se distabant. Octo igitur pedes Romanos longum; ejus diameter infima parte quinque unciarum, circumferentia decem & sex, internodii longitudini respondens: ipsius vero ligni sive materie spissitudo paulo major uncia oriente: superna autem parte diameter penè unciarum quinque; circumferentia quasi aequalis infimæ parti; ligni spissitudo triens uncia, ex quibus notis quilibet aestimare potest, quanta fuerit totius harundinis longitudo. Erat porro totum fragmentum, bacca rubra, qua ob signari solent epistolæ, foris obductum, quemadmodum magna ex parte notis est apud Sinenses, vascula, canistra, ligneas lances, atque etiam ipsas hastas inducere, ut ab imbre alioque humore non corrumpantur. Cæterum harundinis illud fragmentum inventum fuerat in magna prætoriana navi, qua vehebatur Prorex India domum repetens, quum ab Anglis quibusdam naucleris interceptus est, anno redemptionis humanæ M. D. XCIII. Et illud quidem (ut qui mittebat, ad me scribebat) plenum Anil sive Indico, quo caruleo colore insicere solent, cujus indicium interior fragmenti pars adhuc conservebat. Verum enim vero multo longiora referebant, qui anno sexentesimo primo supra millesimum à natiuitate Christi nostri saluatoris ex Orientali India revertebantur nauæ: quorum bina in Academici horti porticu apud Lugdunum Batavorum suspensa conspicebam, illaque utrimque mutila: horum minor, viginti sex pedes Romanos longum erat, ac decem & novem internodiis constabat, crassitudo infima parte decem & septem uncias ambitu comprehendebat, superna quatuordecim. Major illud sesquipedale longitudine superabat, & tribus uncias crassitudine: singulorum internodiorum longitudo in utroque, circumferentia partis inferioris ut plurimum respondebat, nonnunquam longior aut brevior erat: Materia spissitas ferè par cum ea quæ primo descripta, hoc est triens uncia. Eas harundines donabant societatis mercatorum præfedi Cl. V. Doctori Petro Pauwio professori publico, Academici horti præfeco illo anno Rectori magnifico. Quam vero procera fuerint integræ illæ harundines, ex mutilis licet conjecturam facere. Cæterum harundinis illud genus, toto Malabariensi marino tractu nasci, præsertim autem circa Choromandel, testis est Hugo Linscotius, qui ab incolis Mambu appellari scribit, & adhuc tenellum & viride insecti solitum, ut magis aptum reddatur ad gestandum pendentes ex eo lectulos, ipsi Pallankins dictos, quibus insident cum viri tum mulieres, cum aliquo transferri cupiunt. Damos quoque suos Indi ex iis ædificant, ut in Terente, funduntque eas & singulari industria torquent. In Civitate Bantam cuncta ædificia ex his arundinibus assulatim dissectis constant. Naviculas duobus viris aptas conficiunt, vide India Orientalis historiographos. Rectè ergo Solinus ex una eademque arundine & navigia confici & succum dulcem colligi scripsit. Sed succum sive liquorem mambu concretum Garcias, ait. Ergo non ea est arundo ex qua dulcem succum veteres colligebat. Hic liquidus, & potui inserviebat.

Quique bibunt tenera dulces ab harundine succos.

Quorundam opinio est à Varrone confundi harundinem sacchariferam cum harundine mambu. Saccharum enim veterum colligebatur in ipsa harundine concretum, deinde saccharum mambu, quod veterum saccharum, in ipsa reperitur

arundine non exprimitur ex radice. Calami ex quib. dulcis ille liquor, potui accommodatus, exprimebatur, iidem plane sunt cum illis, qui nobis hodie saccharū, sic vocatum generat. Expressione enim ex calamis succus iste elicitur, deinde coctione concrefcit & saccharum fit. In ipsis harundinibus sua sponte vulgare saccharum non densatur, nec liquor, qui primum exprimitur, ad nos adfertur; solū coctum & densatum mittunt & reportant saccharum. Varro ergo & Lucanus primum sacchariferæ harundinis succum nondum coctum ac densatum noverunt. Hoc si ita est, servanda est vulgata Varronis apud Isidorum lectio.

Indica non magna nimis arbore crescit arundo.

Quam tamen improbat Strabo, τὸν μεζώτερον, inquit, καλὰ μαν. Sed nihil impedit veteres ex harundine etiam manibū succum addita aqua expressisse, potui aptum; ut cunque est, ex India Orientali sive veteribus cognita India vulgare non adfertur saccharum, novus orbis sive occidentalis India, maximè regnum Brasiliæ, mittit. Ex hac mundi parte armis & virtute Batavorum Hispano crepta adfertur Amstelodamum. Quod vero veteres saccharum vocarunt, aliud quid est, & à vulgato diversum saccharo. Dioscorides lib. 2. cap. 104. καλεῖται δὲ πρὸς σάκχαρον εἶδος δὲ μέλιτος ἐν Ἰνδία πεποιητὸν καὶ τῇ οὐδαμοῦ Ἀραβίᾳ οὐρανοῦ ἰσχυρῶς τὰν καλὰ μαν, ὁμοίον τῇ συστάσει ἀλοῦ, καὶ ἡραιώδρον ὑπὸ τοῖς οὐδαμοῖς καλεῖται οὐδ' ἀλλοῦ. ἔστι δὲ οὐρανοῦ οὐδ' ἀλλοῦ καὶ μαζῶν, διὲν οὐδαμὴ καὶ ποτὴν. ἀφ' οὗ τοῦ οὐδαμὸς ἐκφράσσεται καὶ τῶν δὲ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐπιπολοῦσθε ἐπισημασθέν. Est quoddam mellis concreti genus, quod saccharum nominatur, quodque in India & felici Arabia in arundinibus reperitur, consistentia salis simile, ac dentibus etiam salis modo fragile. Est illud alio idoneum & stomacho utile, si aqua dilutum bibatur: vexitate vero vesicæ renibusque auxiliatur: quin & illitum ea discutit, quæ pupillis tenebras offundunt. Galenus lib. 7. simpl. καλεῖται σάκχαρον καλοῦ μανος ὁμοῖον τῇ οὐδαμοῦ Ἀραβίᾳ καλεῖται. ἑστὶν ἰσχυρῶς τὰν καλὰ μαν, ἔστι δὲ οὐδαμὴ καὶ μαζῶν, διὲν οὐδαμὴ καὶ ποτὴν. ἀφ' οὗ τοῦ οὐδαμὸς ἐκφράσσεται καὶ τῶν δὲ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐπιπολοῦσθε ἐπισημασθέν. (ita scribit) οὐδὲ καὶ ἡμᾶς ἐπιπολοῦσθε ἐπισημασθέν, οὐδὲ καὶ ἡμᾶς ἐπιπολοῦσθε ἐπισημασθέν. Sed & Sacchar, ut vocant, quod ex India atque felici Arabia convehitur in calamis, ut ajunt, concretum, & ipsum mellis est species: minus certe nostrate dulcius, sed assimilis ei vires obtinens, quod ad abstergendum, desiccandum, & digerendum obtinet. porro quatenus nec inimicum stomacho est ceu nostras, nec sitim afferens, eatenus ab illo substantia differt. Plinius lib. 12. cap. 8. Saccharon & Arabia fert, sed laudatius India. Est autem mel in arundinibus collectum (concretum scribe ex Dioscoride) gummi modo, candidum, (ita distinguendum, non ut vulgo, gummi modo candidum) dentibus fragile est, amplissimum nuci avellane magnitudine ad medicine tantum usum. Apud Dioscoridē σακχαρον per x in penultima legitur. Apud Plinium vero sine aspiratione per x scribitur. Apud Helych. vero per τ σακχαρον, τὸν οὐδαμὸς ἐστὶ καλὴν καλοῦ μανος ἐν τῇ Ἰνδίᾳ καὶ Ἀραβίᾳ. Hæc corrupta esse, nemo facile negabit. Apud Phavorinum, qui sua ex Helychio & aliis concinnare solet, habetur, σακχαρον ἰσχυρῶς τὰν καλὰ μαν, καλοῦ μανος ἐν τῇ Ἰνδίᾳ καὶ Ἀραβίᾳ; quæ quamquam veteris lectionis vestigia ostendant, corrupta tamen. Nullam dissolvendi potestatem habet saccharum. Corrigit Clarissimus Salmasius, σακχαρον, τὸν οὐδαμὸς ἐστὶ καλὴν καλοῦ μανος ἐν τῇ Ἰνδίᾳ καὶ Ἀραβίᾳ. Alyum solvere tradunt Arabes. Abali saccharum solvit alyum, privatum vero illud quod sicuti sal invenitur super arundine. Græci antiquiores hanc potestatem non adscribunt saccharo, sed siccandi, digerendi, & abstergendi vim habere tradunt; quæ si alyum solvunt, adstrictionem qua roborant relinquunt. Scribo, σακχαρον, τὸν οὐδαμὸς ἐστὶ καλὴν καλοῦ μανος ἐν τῇ Ἰνδίᾳ καὶ Ἀραβίᾳ. Ita Dioscorides, sic Galenus. Saccharum simile est gummi nascitur in India; alio utile est. Hoc de saccharo antiqui tradunt. Alii σακχαρον ut μέλι scribunt; quod declinarunt, σακχαρον, ut μέλιτος. Myrepsus in Drosato, δὲ ἰσχυρῶς τὰν καλὰ μαν, καλοῦ μανος ἐν τῇ Ἰνδίᾳ καὶ Ἀραβίᾳ. ἀφ' οὗ τοῦ οὐδαμὸς ἐκφράσσεται καὶ τῶν δὲ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐπιπολοῦσθε ἐπισημασθέν. Perispi auctor, καὶ μέλι τὸ καλὰ μαν, τὸ καλοῦ μανος σακχαρον. Mel calaminum vocat, quod in calamis gignatur. Dioscorides mellis, inquit, esse genus concretum. Idem Galenus. Tertullianus lib. de judicio Dei. Mellis vitidanti confragant pinguis canna. Hac de causa, quod manna quasi mel sit condensatum, & in guttas redactum, huic saccharo non valdè dissimile, placuit recentioribus Græcis, manna Indici calami vocare. Charito in compositione ἰσχυρῶς τὰν καλὰ μαν, ἐν τῇ Ἰνδίᾳ καὶ Ἀραβίᾳ, ad roborandum hepar additur medicamentis alyum solventibus à Charitane.

Manna vulgare, Calabrinum, manna Indici calami, saccharum veterum. Manna calaminum additur, quod roborandi vim & abstergendi habeat, ne hepatis tonus, cadat. Plures ex recentioribus, etiam botanici celeberrimi, crediderunt, saccharum antiquorū concrefcere, ad hunc usque diem, in arundinum quodam genere, roris cælestis beneficio, uti illud, quod vulgo manna vocamus. Sed Botanici Itali respondent, planè hallucinari doctissimos illos viros, quod nullo, ut putant, probatorum auctorum testimonio sententia ista stabiliatur. Quorum objectioni facile satisfieri potest. Vetus auctor, qui οὐδαμὸς orbis scripsit sub Constantino, mella calamina de cælo originem habere tradit, & mannam plane putavit. De Seribus, & vicinis aliis gentibus ita loquitur: Prædictæ gentes vivunt pomis, & pipere & melle calaminum: panem enim cælestem quotidianum accipiunt. Calamina mella pro mannae genere accepit. ideo ait, populos istos apud quos mella ista reperiuntur, panem quotidianum cælestem accipere, quod de manna accipiendum cælo decidua. Quod si hic non satis idoneus videatur auctor, alium dabo majoris auctoritatis; Alexandrum nempe Aphrosidæum, hic libr. 2. problem. 79. scribit. Quod autem sacchar Indi appellant, mellis coagulatum est, sole cogente rores, convertenteque ad mellis dulcedinem, quod idem monte Libano fieri certum. Fit sacchar id proximum salis glebulis, candidum, fragile, vim quoque detergendi, purgandique mellis similem habet, & coctum mellis ritu nostratis, non æquè ac incoctum purgare potest, cibo tamen ita assumptum aptius ad alendum est. Probatissimo ergo auctorum testimonio constat, esse rorem cæli, solis vi concretum. Mel calaminum sive saccharum non esse cælo, deciduum, sed humorè ex ipsa arbore pinguiorem & coagulatum Nearchus apud Strabonem lib. 15. docet. ἔστι δὲ ἐν τῇ Ἰνδίᾳ καὶ Ἀραβίᾳ ἡ πρὸς τὸ μέλι μελιόσυν καὶ οὐδαμὸς. οὐ γὰρ δὲν ὁ οὐδαμὸς ἐστὶν καλοῦ μανος. ἐστὶ δὲ καλοῦ μανος. Tradit idem, arundinem mel sine apibus gignere, & cum non sit arbor fructifera, ex fructu tamen ebrium facere. Calabono locus hic merito suspectus. Si non est fructifera, quomodo fructus inebriare potest, qui in rerum non est natura? Aliter hic locus ab Eustathio citatur, ubi de melle arundineo agit. Ita is legit, καλοῦ μανος πρὸς τὸ μέλι μελιόσυν καὶ οὐδαμὸς. τὸν οὐδαμὸς ἐστὶν καλοῦ μανος πρὸς τὸ μέλι μελιόσυν. calami mel faciunt, sine ope apum, qui crudo hoc melle vescuntur, ebrium redduntur. Ea certè lectio vulgatà multum præstat. Porro non tantum Nearchi auctoritate probatur, de cælo non cadere mel calaminum, vel veterum saccharum, sed ipsa experientia. Contrarium compertum est, ex ipsa harundine generari id genus mellis, & à manna aliud esse. Ratio etiam docet diversum à manna vulgari: vulgare liquescit & lentescit sub dentibus. Saccharum vel mel arundineum fragile est; sic ex hammoniaco aliud ἡραιώδης, aliud φέγγου, illud fragile & siccum, hoc pingue, resinofum & lentescens. manna φρούτη, non ἡραιώδης. Seneca, an ros cælestis concretus, an ipsius arundinis vi genitum, dubitatum suo ævo scriptum reliquit epistola 85. Ajunt inveniri apud Indos mel in arundinum foliis, quod aut ros illius cæli, aut ipsius harundinis humor dulcis, aut pinguior gignat. In nostros quoque herbis vim eandem, sed minus manifestam, & notabilem poni, quem perscrutatur & contrahat animal huic rei genitum. Pro comperto & certo habetur, non esse rorem cæli. Satis aperte Nearchus πρὸς τὸ μέλι. Verbum πρὸς satis clare docet, in ipso calamo mel illud gigni. Hanc sententiam probant Diosc. & Plinius, qui, ut ipse etiam Galenus, in calamis concrefcere ajunt. Sequitur apud Dioscoridem, ὁμοίον τῇ συστάσει ἀλοῦ. consistentia salis simile, & dentibus salis modo fragile. Hac de causa ab Ægineta ὄλες Ἰνδικὸς dicitur; quod etiam sequuntur Arabes, vel eorum Interpretes. Ægineta lib. 2. cap. 53. de linguæ asperitate. Ἀραβίᾳ δὲ φησὶ καὶ ὄλες Ἰνδικὸς. ὄλες Ἰνδικὸς καὶ συστάσει ὁμοῖον τῇ συστάσει ἀλοῦ. Archigenes autē tradit, etiam salum Indicum colore quidem & substantia communi similem, gustu vero melleo. Sequitur. φασὶ δὲ μέλιτος, ἡ γὰρ ἀπὸ τῆν καλοῦ μανος σακχαρον, ἐφοδὸν καθυγραίναν δύναται. Lenticula instar vel plurimum ad fabæ magnitudinem decoratum vehementer posse humectare. Videndum nunc, utrum vulgare saccharum, & veterum sit unum idemque. Veterum saccharum in ipso arundine concretum & condensatum colligebatur: nostrum primo exprimitur liquidum, deinde ignis vi densatur. Veterum saccharum dentibus salis modo fragile: nostrum statim liquefcit, & in succū mutatur, nullaq; ratione fragile imaginari potest. Vulgare saccharum & stomacho, & intestinis, & hepatis inimicū; contra veterū saccharum amicum, & καλοῦ μανος, ἀραβίᾳ, ad roborandum hepar additur medicamentis alyum solventibus à Charitane.

*Illico virgule Lu
Litanis Balanis
crepta.*

ritane. Antiquorum saccharum sitim sedabat, vulgare excitat. Sed aliter magni viri verba Galeni interpretantur, ac saccharū vulgare & veterum unum idemque esse volunt. Sic nempe scribunt. *Quod obijciunt isti, saccharū sitim facere, fatemur. quod addunt, ē sententia Galeni, negamus. sed ille, unde & desumpsit Aboali, sensit ita: non perinde esse atque mel siticulosum. Lege illius verba; comparationem invenies in oratione, non sententiam absolutam, etiam apud Dioscoridem frustra querunt. Galeni verba ē seprimo. οὐτε κρημνισμαζοῖ ἐστὶν, οὐτὸ πικρὸν ἡμῶν, οὐτε δὲ ψάδις; quæ sic Aboali. In ipso est virtus faciens sitim, minorem tamen sitim quam facit mel.* Falluntur, Nulla in Galeni verbis comparatio; absoluta oratione utitur. Vulgare mel stomacho nocet, prodest saccharus, quod, ut docet Dioscorid. *δρυγλιῶν, δὲ σάκχαρον.* Mel commune sitim excitat, saccharum sitim compescit, & nullo modo *δὲ ψάδις* est. Sic verba Galeni accipienda & explicanda: vel omnino ex placitis Galeni statuendum, saccharum non æque stomacho adversari ac inimicum esse, ac mel commune, aliquatenus tamen nocuum esse. Quod planè contra Dioscoridem, & mentem Galeni. Sedar ergo potius sitim, quam excitat. Vulgata & recepta opinio est, hanc solam esse differentiam inter saccharum veterum & hodiernū, quod illud ex harundine sponte manabat; nostrum exprimitur, & coquitur ad candorem & spissitudinem. Responderetur vero, eandem naturam & facultatem illius esse debere quod sponte in harundine concresebat, & hujus factitii, quod hodie premi solet, & excoqui; hoc si est, tum etiam illud erit. Verū non satis valida hæc responsio est, constat aloen succum sempervivi majoris esse, succus tamen sempervivi recens expressus frigidus, calida tamen aloë. Neutiquam concedendum, illam solam esse inter saccharum commune & veterum differentiam. Hoc concedi potest, ut supra docuimus, succum arundinis, cuius mentio apud Lucanum & Varronem, vulgare saccharum esse, vel sponte manans ex calamo, vel recens expressum, nondumque coctione densatum, quamquam fortassis rectius diceretur, versus citatos intelligendos de saccharo aqua diluto. Dioscorides *δρυγλιῶν, οὐδὲν ἐ ποτῆρ, si aqua dilutum bibatur.* Versus citatos de succo aqua diluto capiendos nobis valdè probable. Dixi, non concedendum, solam illam differentiam esse inter saccharum veterum & commune, recens expressum, vel ex arundine manans, liquidū, concretum veterum. Hoc cum Botanici quidam animadverterent, hanc de saccharo veterum sententiam tulerunt; esse nostratis sacchari arundinum lachrymam, seu liquorem, qui succi copia, aperto in latere calamo, perinde ac gummi, exterius concreverit. Respondeo, succum hunc quidem concretum, sed viscidum, lentum, tenacem, neutiquam dentibus salis modo friabilem. Aliud igitur antiquorum saccharum, aliud commune, quamvis nomē sacchari, quo utimur, ex antiquorū compositum sit. Supra dixi, saccharum veterum esse, quod Mambu Indi vocant. Hoc vulgo ab Indis saccharum vocatur. Garciae libr. 1. Sarom. hist. cap. 12. *Vocatur autem ab Indigenis sacchar mambu, quasi dicas saccharum de mambu, quoniam Indi arundines sive ramos arboris illud proferentes mambu vocant.* Supra mambu historiam tradidi ex Garcia, à Costa, aliisque, qui Indiam peragraverunt, & dixi saccharum mambu, in ipsa harundine concretum reperiri, candidum esse gummi modo condensatum, ac dentibus ad instar salis fragile, dulce præterea, ac ad medicinæ tantum usum sumi. Saccharum vulgare arte paratur. priscum illud quod est tabaxir vel mambu, arti nihil debet. Inquirendum nunc, an ullus veterum aliquam saltem ac rudem sacchari communis cognitionem habuerit. Iuba certè habuisse videtur. Plinius libr. 6. cap. 32. *Iuba de Fortunatis (insulis) ita inquisivit: sub meridiem positas esse, prope occasum à purpurariis 1225. mill. passuum, sicut ut 250. supra occasum navigetur, deinde per 75. mill. passuum ortus petatur. primam vocari Ombrion, nullis edificiorum vestigiis, habere in montibus stagnum, arbores similes ferule, ex quibus aquæ exprimantur, ex nigris amara, ex candidioribus potui jucunda.* Ferulas, quas ad arboris magnitudinem ait assurgere candidas, quibus exprimitur liquor, potui jucundus, non aliæ sunt, quam arundines sacchariferæ, quas hodie in illis insulis copiose nasci certum est. Fatendum tamen, cum ferula vix ullam similitudinem habere. Illud quoque extra omnem controversiam, ad arboris altitudinem calamos qui saccharum ferunt non assurgere. Non dubito, quin Iuba aliter de calamis his tradiderit, quod Plinius, more solito, cum aliâ quadam arbore confudit. Iuba, ut dixi, cognitionem quandam calamorum, qui saccharum ferunt, habuit. succum ex his exprimi solitum, & potui accommodatum novit. Sed

Arundo Saccharifera.



modus hujusmodi dulcis ac mellei succi, qui ex calamis premebatur, & coagulandi, & mox in panes cogendi, planè cunctis veteribus incognitus fuit. Arundo Saccharifera, vel, ut aliis placet, saccharina mediam inter miliaceas & arundinaceas plantas obtinet naturam, septenum octonumve pedum altitudine calamos profert, pollice crassiores, densis cinctos geniculis, fungosa, succulenta, valde dulci, albida medulla factos. Folia duorum cubitorum fert longitudine, angustiora tamen quam arundinis donacis, numerosa, scabra & per longitudinem striata, stolones ejusdem cum cæteris calamis coloris, amplectentia, angustiora iis quibus sacchari metæ involutæ passim apud institutores visuntur. Flos in summo comolus, quadantenus melicæ sive sorgio. Radix ad calami accedit radicem, sed dulcior, succulentior, minusque lignosa, unde germina oriuntur, quæ resecta sationi sunt accommodata. Propagantur etiam talea imæ radici abscessa, & satis feliciter crescunt ac proficiunt in Belgio, sed hyemis injuria pereunt, Calamus hic gaudet humenti solo, aère calidiore, & tepidiore aura; copiosè sponte provenit in locis quibusdam Hispaniæ, Lusitaniæ, Sicilia, in Madera atque Canariæ insulis frequentissima. Reperitur in amenissimis Olibiæ in Gallo-provincia viretis, non procul & ex adverso stoëchadibus insulis: at nullibi in toto orbe terrarum plures reperiuntur hi calami, quam in India Occidentali, Brasilia, Hispaniola, aliisque locis finitimis; Liqueorem fundit, cujus celebrari ac laudari satis nequit lautitia & utilitas, non tantum in pharmacopœorum officinis, sed etiam culinis. Omni ætati, ac regioni, nulli non rei ac conditioni convenit, valetudini adversæ ac prosperæ conducit, omnem cibum palato gratum reddit, multa è saccharo constantur, loricantur, conduntur, convolvuntur, tragemata, bellaria, & alia gulæ blandimenta. Tali ferè arte saccharum parari à Porta tradit. Evulsi è radicibus calami ad trapetum deferuntur, mundantur à frondibus, incidunturque ad palmares taleolas, & sub prælo elicitur liquor, quem in cortinam seu ahenum coniectum per diem naturalem effervere sinunt, aquam addendo ebullitioni suffecturam, ac vicissim despumando: si vero solum fuerit imbecille, per diem & quadrantem tantum; ubi vero jam aqua in vaporem expiravit, excoctum saccharum instar salis coalescit, & in nolas sive figulina vasa in metæ formam effigiata infunditur, quibus in angustiori loco foraminulum est, suis paleis obturatū, ita quadraginta dierum spatium relinquitur, reterato foraminulo, quo sordidius crassamentū facilius exeat, eodè dierum intervallo quiescere sinunt,